¶ Præterito imperfecto: Vtinam legerem. O si yo leyera. Legeres, legeret, legerimus, legeritis, legerent.
¶ Præterito perfecto. Vtinā legerim. O si yo haya leydo. Legeris, legerit, legerimus, legeritis, legerint.
¶ Præterito plusquam perfecto. Vtinam legissem: O si ouiera y ouiesse leydo. Legisses, legisset, legissemus, legissetis, legissent.
¶ Futuro, Vtinam legam. Oxala yo lea. Legas, legat, legamus, legatis, legant.

¶ Subiunctiuo modo.

¶ Tempore præsenti. Cum legam. Como yo lea, Legas, legat, legamus, legatis, legant.
¶ Præterito imperfecto. Cum legerem. Como yo leyera, leeria, y leyesse. Legeres, legeret, legeremus, legeretis, legerent.

Preterito perfecto. Cum legerim, Como yo aya leydo, Legeris, legerit, legerimus, legeritis, legerint.
Preterito plusquam perfecto, Cum legissem, Como yo ouiera, y ouiesse leydo. Legisses, legisset, legissemus, legissetis, legissent.
¶ Futuro, Cum legero. Como yo leyere, ouiere, y aure leydo, Legeris, legerit, legerimus, legeritis, legerint.

¶ Infinitiuo modo.

¶ Tempore præsenti, Legere. Leer.
¶ Præterito, Legisse, Auer leydo.
¶ Futuro, Lecturum, vel lecturum esse, vel lectum iri, Auer, o esperar de leer.

¶ Gerundia Substantiua.

Legendi, De leer.
Legendo, Leyendo, o seyendo leydo.
Legendum. A leer, o ser leydo.

¶ Supina verba.

Lectum, A leer.
Lectu. De ser leydo.

¶ Participium præsentis.

Legens. El que lee.

¶ Participium futuri.

Lecturus. El que ha de leer.

¶ Verbum impersonale.

¶ Indicatiuo modo.

Tempore præsenti. Legitur. Todos leen.
Præterito imperfecto, Legebatur. Todos leyan.
Præterito perfecto. Lectum est vel fuit. Todos leyeron, han y ouieron leydo.

Præterito plusquam perfecto. Lectum erat vel fuerat. Todos aurian leydo.
Futuro imperfecto. Legetur. Todos leeran.
Futuro perfecto. Lectum erit. Todos auran leydo.

¶ Imperatiuo modo.

Tempore præsenti. Legatur. Todos lean luego.
Futuro. Legitor vel lectum sit. Todos lean despues.

¶ Optatiuo modo.

Tempore præsenti. Vtinam legatur. O si todos leyessen.
Præterito imperfecto. Vtinam legeretur. O si todos leyeran.
Præterito perfecto. Vtinam lectum sit vel fuerit. O si todos ayan leydo.
Præterito plusquam perfecto. Vtinam lectum esset vel fuisset. O si todos ouieran y ouiessen leydo.
Futuro, Vtinam legatur. Oxala todos lean.

¶ Subiunctiuo modo.

Tempore præsenti. Cùm legatur, Como todos lean.
Præterito imperfecto. Cùm legeretur. Como todos leyéran, leerian y leyessen.
Præterito perfecto. Cùm lectum sit vel fuerit. Como todos ayan leydo.
Præterito plusquam perfecto, Cùm lectum esset vel fuisset. Como todos ouieran y ouiessen leydo.
Futuro. Cùm lectum erit vel fuerit. Como todos leyeren, ouieren y auran leydo.

¶ Infinitiuo modo.

Tempore præsenti. Legi. Todos leer.
Præterito, Lectũ esse vel fuisse. Todos auer leydo.

Futuro. Legendum eſſe vel lectum iri. Todos auer de leer.

¶PASSIVA VOCE.

¶Indicatiuo modo.

¶Tempore præſenti. Legor. Yo ſoy leydo. Legeris vel legere: legimur, legimini, leguntur.

Præterito imperfecto. Legebar. Yo era leydo, legebaris vel legebare, legebatur. legebamur, legebamini, legebantur.

Præterito perfecto, Lectus, lecta, lectum, ſum vel fui. Yo fui, he y oue ſido leydo.

¶Præterito pluſquam perfecto, Lectus, lecta, lectum, eram vel fueram. Yo auia ſido leydo.

Futuro imperfecto, Legar, Yo ſere leydo, legeris, vel legere, legetur, legemur, legemini, legentur.

Futuro perfecto, Lectus, lecta, lectum, ero. Yo aura ſido leydo.

¶ Imperatiuo modo.

¶Tempore præſenti, Legere vel legeris. Se tu leydo luego, Legatur, legamur, legimini vel legamini, legantur.

Futuro, Legitor vel lectus ſis, Se tu leydo deſpues.
Legitor vel lectus ſit,
Legamur vel lecti ſimus,
Legiminor vel lecti ſitis,
Leguntor vel lecti ſint.

¶Optatiuo modo.

¶Tempore præſenti. Vtinam legerer. O ſi yo fueſſe leydo. Legereris vel legerere, legeretur, legeremur, legeremini, legerentur.

Præterito imperfecto. Vtinam legerer. O si yo fuera leydo, Legeris vel legere, legeretur, legeremur, legeremini, legerentur.
Præterito perfecto. Vtinam lectus, lecta, lectũ, sim vel fuerim. O si yo aya sido leydo.
Præterito plusquam perfecto. Vtinam lectus, lecta, lectum esse m vel fuissem. O si yo ouiera y ouiesse sido leydo.
Futuro. Vtinam legar, Oxala yo sea leydo. Legaris vel legare, legatur, legamur, legamini, legantur.

¶ Subiunctiuo modo.

Tempore præsenti. Cum legar; Como yo sea leydo, legaris vel legare, legatur, legamur, legamini, legantur.
Præterito imperfecto. Cum legerer, Como yo fuera, seria y fuesse leydo. Legeris vel legerere, legeretur, legeremur, legeremini, legerentur.
Præterito perfecto, Cum lectus, lecta, lectum, sim vel fuerim, Como yo aya sido leydo.
Præterito plusquá perfecto, Cum lectus, lecta, lectum, essem vel fuissem, Como yo ouiera y ouiesse sido leydo.
Futuro, Cum lectus, lecta, lectum, ero vel fuero, Como yo fuere y ouiere, y aure sido leydo.

¶ Infinitiuo modo.

Tempore præsenti, Legi, Ser leydo.
Præterito, Lectum, lectam, lectum, esse, vel fuisse, auer sido leydo.
Futuro, Legẽdum esse, vel lectũ iri. Auer de ser leydo.

¶ Participia paſsiuæ vocis.

Præteriti, Lectus, lecta, lectum, Lo que es leydo,
Futuri, Legendus, legenda, legendum, Lo que ha de ſer leydo.

DE QVARTA CONIVGATIONE.

AVDIO, Audis, Audiui, Audire, Audiendi, Audiendo, Audiendum, Auditum, Auditu, Audiens, Auditurus, Audior, Audiris, Auditus, Audiendu

ACTIVA VOCE.

¶ Indicatiuo modo.

Tempore preſenti, Audio, Yo oygo, Audis, audit, audimus, auditis, audiunt.
Præterito imperfecto, Audiebam. Yo oya, Audiebas, audiebat, audiebamus, audiebatis, audiebant.
Præterito perfecto, Audiui, Yo oy, he, y oue oydo. Audiuiſti, audiuit, Audiuimus, audiuiſtis, audiuerunt vel audiuere.
Præterito pluſquá perfecto, Audiuerá, Yo auia oydo, Audiueras, audiuerat, audiueramus, audiueratis, audiuerant.
Futuro imperfecto, Audiam, Yo oyre, Audies, audiet, audiemus, audietis, audient.
Futuro perfecto, Audiuero, Yo aure oydo, Audiueris, audiuerit, audiuerimus, audiueritis, audiuerint.

¶ Imperatiuo modo.

Tempore præſenti, Audi vel audias, Oye tu luego.

Audiat, audiamus, audite vel audiatis, audiant.
Futuro, Audito vel audiueris, Oye tu despues.
Audito vel audiuerit, Audiamus, vel audiuerimus;
Auditote vel audiueritis, Audiunto, vel audiuerint.

¶ Optatiuo modo.

Tempore præsenti. Vtinam audirem. O si yo oyesse.
Audires, audiret, audiremus, audiretis, audirent.
Præterito imperf. Vtinam audirem, O si yo oyera.
Audires, audiret, Audiremus, audiretis, audirent.
Præterito perf. Vtinam audiuerim. O si yo aya oydo.
Audiueris, audiuerit, Audiuerimus. eritis. erint.
Præterito plusquã perfecto, Vtinã audiuissem. O si yo ouiera y ouiesse oydo, Audiuisses, audiuisset, audiuissemus, audiuissetis, audiuissent.
Futuro, Vtinam audiam, Oxala yo oya.
Audias audiat, audiamus, audiatis, audiant.

¶ Subiunctiuo modo.

Tempore præsenti, Cum audiam, Como yo oya.
Audias, audiat, audiamus, audiatis, audiant.
Præteriro imperfecto, Cum audirem, Como yo oyera, y oyria, y oyesse, Audires, audiret, audiremus, audiretis, audirent.
Præterito perfecto, Cum audiuerim, Como yo aya oydo. Audiueris, audiuerit, audiuerimus, audiueritis, audiuerint.
Præter. plusquam perfe. Cum audiuissem, Como yo ouiera, y ouiesse oydo, Audiuisses, audiuisset, audiuissemus, audiuissetis, audiuissent.
Futuro, Cum audiuero, Como yo oyere, y ouiere, y aure oydo, audiueris, audiuerit, audiuerimus,

audiueritis, audiuerint.

¶ Infinitiuo modo.

Tempore præſenti, Audire. Oyr.
Præterito, Audiuiſſe, Auer oydo.
Futuro, Auditurum, vel auditurum eſſe, vel auditum ire. Auer de oyr.

¶ Gerundia ſubſtantiua.

Audiendi, De oyr,
Audiendo, En oyendo y ſiendo oydo,
Audiendum, A oyr y ſer oydo.

¶ Supina verba.

Auditum. A oyr,
Auditu, De ſer oydo.

¶ Participium præſentis.

Audiens. El que oye.

¶ Participium futuri.

Auditurus. El que ha de oyr.

VERBVM IMPERSONALE.

¶ Indicatiuo modo.

Tempore præſenti, Auditur. Todos oyen.
Præterito imperfecto, Audiebatur, Todos oyan.
Præterito perfecto, Auditum eſt vel fuit. Todos oyerõ han y ouieron oydo.
Præterito plusquam perfecto, Auditum erat vel fuerat. Todos auian oydo.
Futuro imperfecto. Audietur. Todos oyran.
Futuro perfecto, Auditum erit. Todos auran oydo.

¶ Imperatiuo modo.

Tempore præſenti, Audiatur. Todos oyan luego.
Futuro, Auditor vel auditũ ſit. Todos oyan deſpues.

¶ Optatiuo modo.

Tempore pręſenti. Vtinã audiretur. O ſi todos oyeſſẽ.
Pręterito imperf. Vtinã audiretur. O ſi todos oyeran.
Præterito perfecto, Vtinam auditum ſit vel fuerit.
O ſi todos ayan oydo.
Præterito pluſquam perfecto, Vtinam auditum eſſet vel fuiſſet, O ſi todos ouieran y ouieſsen oydo,
Futuro, Vtinam audiatur, Oxala todos oyan.

¶ Subiunctiuo modo.

Tempore præſenti. Cum audiatur, Como todos oyan.
Præterito imperfecto, Cum audiretur, Como todos oyeran, oyrian, y oyeſſen.
Præterito perfecto, Cum auditum ſit vel fuerit, Como todos ayan oydo.
Præterito pluſquam perfecto. Cum auditum eſſet vel fuiſſet; Como todos ouieren y ouieſſen oydo.
Futuro, Cum auditũ erit vel fuerit. Como todos oyeren, ouieren, y auran oydo.

¶ Infinitiuo modo.

Tempore præſenti, Audiri. Todos oyr.
Pręterit. Auditum eſſe vel fuiſſe. Todos auer oydo.
Futuro, Audiendum, vel audiendũ eſse, vel auditum iri. Todos auer de oyr.

¶ PASSIVA VOCE.

¶ Tempore præſenti, Audior, Yo ſoy oydo, Audiris, vel audire, auditur, audimur, audimini. untor.
Præterito imperfecto, Audiebar. Yo era oydo.
Audiebaris, vel audiebare, audiebatur, audiebamur, audiebamini, audiebantur.
Præterito perfecto, Auditus, audita, auditum, ſim vel

fui. Yo fuy, he, y oue sido oydo.
Præterito plusquã perfecto, Auditus, audita, auditum. eram vel fueram, Yo auia sido oydo.
Futuro imperfecto, Audiar. Yo sere oydo, Audieris, vel audiere, audietur, Audiemur, iemini, audiẽtur.
Futuro perfecto, Auditus, audita, auditum, ero, Yo aure sido oydo.

¶ Imperatiuo modo.

Tẽpore præsenti, Audire vel audiaris, Se tu oydo luego. Audiatur, audiamur, audimini, vel audiamini, audiantur.
Futuro. Auditor vel auditus sis, Se tu oydo despues, Auditor vel auditus sit, Audiamur vel auditi simus, Audiminor vel auditi sitis, Audiuntor, vel auditi sint.

¶ Optatiuo modo.

Tẽpore præsenti. Vtinã audirer, O si yo fuesse oydo, Audireris, vel. rere. retur. Audiremur. remini. rẽtur.
Præterito impf. Vtinã audirer, O si yo fuera oydo, Audireris, vel. direre, retur, Audiremur. remini. rentur.
Præterito perfecto, Vtinam, auditus, audita, auditum, sim vel fuerim. O si yo aya sido oydo,
Præterito plusquam perfecto. Vtinam auditus, audita, auditum, essem vel fuissem. O si yo ouiera y ouiesse sido oydo.
Futuro, Vtinam audiar, Oxala yo sea oydo, Audiaris vel audiare, diatur, Audiamur, audiamini, audiãtur.

¶ Subiunctiuo modo.

Tẽpore præsen. Cũ audiar, Como yo sea oydo, Audiaris, vel audiare, audiatur. Audiamur. amini. antur.

Præterito imperfecto. Cum audirer, Como yo fuera, ſeria, y fueſſe oydo, Audireris, vel audirere, audiretur, audiremini, audirentur.
Præterito perfecto, Cum auditus, audita, auditum, ſim vel fuerim, Como yo aya ſido oydo.
Præterito pluſquam perfecto, Cum auditus, audita, auditum, eſſem vel fuiſſem, Como yo ouiera, y ouieſſe ſido oydo.
Futuro, Cum auditus, audita, auditum, ero vel fuero, Como yo fuere, y ouiere, y aure ſido oydo.
¶ Infinitiuo modo.
Tempore præſenti, Audiri. Ser oydo.
Præterito, Auditum, auditam, auditum, eſſe vel fuiſſe. Auer ſido oydo.
Futuro, Audiendum, vel audiēdum eſſe, vel auditum iri. Auer de ſer oydo,
¶ Participia vocis paſsiuæ.
Præteriti, Auditus, audita, auditum. Coſa oyda.
Futuro. Audiendus, audienda, audiendum. Coſa que ha de ſer oyda.
DE FORMATIONE VERBOrum Regularium.
AMO Doceo, Lego, Audio, non formantur aliunde, quin potius alia tempora formantur ab eis. Amabam, docebam, formantur à ſecunda perſona ſingulari præſentis indicatiui modi ablata. s. addita bam.
Legebam, Audiebam, formantur à prima perſona ſingulari præſentis indicatiui modi. o. mutata in e. & addita bam. præter. eo. is. quod mittit in ibam:

perfectum Optatiui modi.

Amauerim,docuerim,legerim,audiuerim,eodem modo formātur,quo pręteritū perfectū Optatiui modi.

Amauissem,docuissem,legissem,audiuissem, eodē modo formantur quo præteritum plusquā perfectum Optatiui modi.

Amauero,docuero,legero,audiuero,eodem modo formantur,quo futurum perfectum Indicatiui modi.

¶ *De formatione Infinitiui.*

AMare,docere,legere,audire, formātur à secunda persona singulari pręsentis Imperatiui modi addita re.

Amauisse,docuisse,legisse,audiuisse,formantur à præteriti perfecti prima persona singulari, addita. s. & sem.

¶ *De formatione Gerundiorum & Supinorum, & Participiorum.*

AMandi,amando,amandum, Docendi,docēdo, docendum,Legendi,legendo,legendum, Audiendi,audiendo,audiendum,formantur à genitiuo singulari participij præsentis,tis, mutata in di.do. dum.

Amatum,amatu,Doctum,doctu,Lectum,lectu, Auditum,auditu,non habent vnde formari possint.

Amans,Docens,Legens,Audiens, formantur à prima persona pręteriti imperfecti indicatiui modi. bam. finali mutata in.ens.

Amaturus,Docturus,Lecturus,Auditurus, formantur ab vltimo Supino,addita.rus.

Amatus,doctus,Lectus, Auditus, formātur ab vltimo

Supino, addita, s.
Amandus Docendus, Legendus, Audiendus, formantur à genitiuo singulari participij præsentis, tis. finali mutata in. dus. da. dum.

¶ De formatione Indicatiui vocis passiuę.

AMor, Doceor, Legor, Audior, formantur ab eadem prima persona singulari præsentis indicatiui modi actiuæ vocis addita. r.
Amabar, docebar, legebar, audiebar, formantur ab eadē prima persona singulari præteriti imperfecti indicatiui modi actiuæ vocis. m. mutata in. r.
Amabor, docebor, formantur à prima persona singulari eiusdem indicatiui modi, actiuæ vocis addita. r.
Legar, audiar, formantur à prima persona singulari eiusdem futuri. m. mutata in. r.

¶ De formatione Imperatiui modi.

AMare, docere, legere, audire, formantur à secunda persona singulari præsentis Imperatiui modi actiuæ vocis, addita. re.
Ametur, doceatur, legatur, audiatur, similia sunt tertię personæ singulari futuri Optatiui modi.
Amemur, doceamur, legamur, audiamur, similia sunt primæ personæ plurali futuri Optatiui modi.
Amamini, docemini, legimini, audimini, formantur à secunda persona plurali pręsentis imperatiui modi actiuæ vocis. te. mutata in. mini.
Amemini, doceamini, legamini, audiamini, similia sunt secūdę personæ plurali futuri Optatiui modi.
Amentur, doceantur, legantur, audiantur, similia sunt tertię personæ, plurali futuri Optatiui modi.

Amator, docetor, legitor, auditor, formantur à tertia persona singulari futuri eiusdem Imperatiui modi, addita.r.

Amemur,doceamur,legamur,audiamur, similia sunt primæ personæ plurali futur.optati. modi.

Amaminor,doceminor,legiminor,audiminor,formãtur à secunda persona plurali futuri eiusdem imperatiui modi actiuæ vocis,tote,mutata in minor.

Amantor,docentor,leguntor,audiuntor, formantur à tertia persona futuri eiusdem Imperatiui modi actiuæ vocis addita.r.

¶ *De formatione optatiui.*

AMarer,docerer,legerer,audirer, formantur à prima persona singulari præsentis eiusdem. Optatiui modi actiuæ vocis.m.mutata in,r.

Præteritum imperfectum,eodem modo formatur quo præsens.

Amer,docear,legar,audiar,formantur à prima persona singulari futuri eiusdem Optatiui modi actiuę vocis,m,mutata in,r.

¶ *De formatione subiunctiui.*

AMer,docear,legar,audiar,eodem modo formãtur quo futurum,optati.modi pasiuæ vocis.

Amarer,docerer,legerer,audirer, eodẽ modo formantur,quo præteritum imperfectum Optatiui modi pasiuę vocis.

¶ *De formatione Infinitiui modi.*

AMari,doceri,audiri,formantur à præsenti infinitiui modi actiuæ vocis,re.mutata in,ri.Legi for-

matur ab eodem Infinitiuo actiuæ vocis, ere, mutata in, i.

Futurum infinitiui modi circumloquimur per primū ſupinum, & hoc verbum, ire, in voce actiua, &, iri, in paſsiua: aut per participium futuri in rus, & hoc verbum eſſe, in voce actiua, & per participium futuri in dus, & idem verbum eſſe in paſsiua.

Circumloquia vocis paſsiuę non formantur, ſed circumloquimur ea.

Verbum imperſonale ſimile eſt tertijs perſonis ſingularis numeri paſsiuæ vocis, niſi quod in circumloquijs participium eſt quaſi ſubſtantiuum in genere neutro.

¶ *De uerbis Irregularibus & Defectiuis.* Cap. VII.

FEro, fers, tuli, ferre, ferendi, ferendo, ferendum, latum, latu, ferens, laturus, feror, ferris vel ferre, latus & ferendus.

¶ *Indicatiuo modo.*

¶ Tempore præſenti, Fero, fers, fert, ferimus, fertis, ferunt.

¶ *Imperatiuo modo.*

¶ Tempore præſenti, Fer vel feras, ferat, feramus, ferte vel feratis, ferant.

Futuro, Ferto vel tuleris, ferto vel tulerit. feramus vel tulerimus, fertote vel tuleritis, ferunto vel tulerint.

¶ *Optatiuo modo.*

¶ Tempore præſenti. Vtinam ferrem, ferres, ferret, ferremus, ferretis, ferrent.

¶ *Subiunctiuo modo.*

¶ Preterito imperfecto, Cum ferrem, ferres, ferret, ferremus, ferretis, ferrent.

¶ *Infinitiuo modo.*

¶ Tempore præsenti, Ferre.

¶ PASSIVA VOCE.

¶ *Indicatiuo modo.*

¶ Tempore præsenti, Feror, feris vel ferre, fertur, ferimur, ferimini, ferintur.

¶ *Imperatiuo modo.*

¶ Tempore præsenti, Ferre vel feraris, feratur, feramur, feramini, ferantur.

Futuro, Fertor vel latus sis, fertor vel latus sit, Feramur vel lati simus, feriminor vel lati sitis, feruntor vel lati sint.

¶ *Optatiuo modo.*

¶ Tempore præsenti, Vtinam ferrer, ferreris vel ferrere, ferretur, Ferremur, ferremini, ferrentur.

¶ *Subiunctiuo modo.*

¶ Præterito imperfecto, Cùm ferrer, ferreris vel ferrere ferretur, ferremur, ferremini, ferrentur.

¶ *Infinitiuo modo.*

¶ Tempore præsenti, Ferri.

Alia tempora declinantur per proportionem tertiæ coniugationis.

VOlo, vis, volui, velle, volendi, volendo, volendũ, volitum, volitu, volens, voliturus.

¶ *Indicatiuo modo.*

¶ Tempore præsenti, Volo, vis, vult, volumus, vultis, volunt. ¶ *Imperatiuo modo caret.*

Sed ab eo compositũ, Nolo habet in pręsenti, noli, nolite, In futuro, nolito, nolitote.

¶ *Optatiuo modo.*

Tempore præsenti, Vtinam vellem, velles, vellet, vellemus, velletis, vellent.

Futuro, Vtinam velim, velis, velit. Velimus, velitis, velint.

¶ *Subiunctiuo modo.*

Tempore præsenti, Cum velim, velis, velit, Vilemus, velitis, velint.

Præterito imperfecto, Cum vellem, velles, vellet, vellemus, velletis, vellent.

¶ *Infinitiuo modo.*

Tempore presenti, Velle.

¶ Alia tẽpora formantur per proportionem tertiæ coniugationis.

DE VERBIS ACTIVIS.

ES, est, pro eo quod edis, edit, In secũda & tertia persona singulari indicatiui modi.

Essem, esses, esset, essemus, esseris, essent. In pręsenti Optatiui & præterito imperfecto, Optatiui & Subiunctiui.

Esse, in præsenti infinitiui, Estur in præsenti indicatiui modi vocis pasiuę. Quæ deficiunt supplẽtur ab hoc verbo, Edo, edis.

Forem, fores, foret, pro essem, esses, esset, in præsenti & præterito imperfecto Optatiui modi, & in pręterito imperfecto Subiunctiui reperitur, & fore pro futurum esse, in futuro infinitiui, in aliis locis deficit.

Aio,ais,ait, Aiunt,in præſenti indicatiui modi.

Aiebam,aiebas,aiebat,Aiebamus,aiebatis,aiebant. In præterito imperfecto eiuſdem modi.

Aiam,aias,aiat.Futuro eiuſdem.

Ai in ſecũda pſona ſingulari præſentis impatiui modi.

Aiens,in participio præſentis.

Inquio vel inquam inquis inquit,inquiunt, in præſenti indicatiui.

Inquiſti,In ſecũda perſona præteriti perfecti eiuſdem indicatiui.

Inquiat,in tertia perſona ſingulari futuri eiuſdem indicatiui.

Inquie,in ſecunda perſona ſingulari præſentis imperatiui modi. Aliis in locis deficit.

Quæſo,quæſumus,in primis perſonis vtriuſq; numeri præſentis indicatiui modi reperitur in vſu.

Infit,pro inquit & Ouat, in tertiis perſonis ſingularibus præſentis indicatiui modi reperitur.

Faxo,faxis,faxit,Faximus,faxitis,faxint,in futuro tãtum Indicatiui modi reperitur.

Auſim, in prima perſona ſingulari futuri Indicatiui modi tantum.

Cedo pro Dic,& Cedite pro dicite,in ſecundis perſonis tantum vtriuſque numeri imperatiui modi.

Salue,ſaluete,ſaluere, Aue, auete, auere, in eiuſdem ſecũdis perſonis imperatiui,& in præſenti infinitiui.

Odi,odiſti,Noui,nouiſti,Cœpi,cœpiſti,Memini, meminiſti,in voce tantum habet præteritũ perfectum Indicatiui modi,& tempora quæ formantur ab eo, ſignificationẽ vero etiã omnium aliorũ tẽporum.

Præterito & temporibus quæ etiam ab eo formantur carent.
Furio, Furis, Insaniui.
Fero, Fers, Tuli.
Ferio, Feris, Percussi.
Tollo, Tollis, Sustuli.
Quatio, Quatis, Quassi.
Glisco, gliscis, cũ verbis quæ dicuntur inchoatiua.

DE PRIMIS PVERORVM PRAE-exercitamentis, Cap. VIII.

PARTES Orationis octo sunt. Nomen. Pronomẽ. Verbum. Participium. Præpositio. Aduerbium. Interiectio. Coniunctio. Quatuor ex his declinantur.
Nomen, Pronomen, Verbum, Participium. Quatuor non declinantur. Præpositio, Aduerbium, Interiectio, Coniunctio.
Nomen est, quod declinatur per casus, & non significat cum tempore, Vt hæc Musa Musæ.
Pronomẽ est, quod ponitur loco nominis proprij. Vt ego, Tu, ille, & sunt illa quindecim tantum.
Verbum est, quod declinatur per modos, & tempora sine casu, vt, Amo, Amas, Amaui, Amare.
Participium est, quod declinatur per casus cũ tempore, & deriuatur a verbo semper. Vt Amãs, Amatus, Amaturus.
Præpositio est, quæ præponitur nomini per appositionẽ, & alijs etiam partibus per compositionem. Vt Adeo ad eũ.
Aduerbium est, quod additum verbo nomini aut participio, significationem eius auget, aut minuit, aut mutat. Vt valde amat, minus amat, non amat, satis doctus.
Interiectio est, quæ aliquem mentis affectum significat voce incondita. Vt Hei mihi, Heu me.

Coniunctio est, quæ diuersas partes orationis coniungit: vt Pompeius & Cæsar, Amat, & docet.

Genera Nominum, Pronominum, et Participiorũ, quinque sunt: Masculinum, quod declinatur cum hic: vt hic dominus: Fœmininum, quod declinatur cum hæc; vt hæc musa. Neutrum, quod declinatur cum hoc, vt hoc tẽplum. Commune duûm, quod declinatur cum hic & hæc: vt hic & hæc homo. Commune trium, quod declinatur cũ hic & hæc & hoc: vt hic & hæc & hoc Fœlix, amans.

Numeri Nominum, Pronominum, Verborũ, & Participiorum, duo sunt. Singularis, qui de vno tantùm loquitur. Pluralis, qui de pluribus loquitur.

Casus Nominum, Pronominũ, & Participiorum, septem sunt, Nominatiuus, Genitiuus, Datiuus, Accusatiuus, Vocatiuus, Ablatiuus, Effectiuus.

Declinationes Nominum (ad quas etiam reducitur Participiorum declinatio) quinq; sunt. Prima, que mittit genitiuum in æ. diphtongon, vt hæc musa musæ. Secunda, quę mittit genitiuum in i. vt hic dominus domini. Tertia, quę mittit genitiuũ in is, vt hic sermo sermonis. Quarta, quæ mittit genitiuum in us, vt hic sensus sensus. Quinta, quæ mittit genitiuum in ei, vt hic dies diei.

Declinationes Pronominum quatuor sunt. Prima, quæ mittit genitiuum in i, vt Ego, mei, tui, sui. Secunda, quæ mittit genitiuum in ius, vt ille, illius iste, istius, Tertia, quæ ad primam & secundam nominis declinationẽ refertur, vt Meus, mea, meum, mei, meę, mei. Quarta, quæ ad tertiam nominis declinationem refertur: vt Nostras nostratis, vestras, vestratis.

Coniugationes verborum quatuor sunt. Prima, quæ habet a, productam ante re in Infinitiuo, vt Amo, amas. amare. Secunda, quæ habet e, productam ante re, in Infinitiuo, vt Doceo, doces, docere. Tertia, quæ habet e, correptam ante re, in Infinitiuo: vt Lego, legis, legere, Quarta, quæ

habeti, productam ante re, in Infinitiuo: vt Audio, audis, audire.
Voces verborum tres sunt. Actiua, vt Amo, amas. Impersonalis, vt amatur. Passiua: vt Amor, amaris.
Modi verborũ quinq; sunt. Indicatiuus, Imperatiuus, Optatiuus, Subiunctiuus, Infinitiuus.
Tempora verborum sunt sex. Præsens, Præteritum imperfectum. Præteritum perfectum, Præteritum plusquã perfectum, & Futurum imperfectum, & futurum perfectum.
Tempora participiorum tria sunt. Præsens, vt amans. Præteritum vt amatus. Futurum, vt amaturus, amandus.
Personæ Nominum, Pronominum, & Verborum, tres sunt. Prima, vt Ego amo. Secunda, vt Tu amas. Tertia, vt ille amat. Vergilius docet.
Omnis Nominatiuus est tertiæ personæ, præterquã Ego, quod est primæ, & Tu quod est secundæ. Et omnes Vocatiui, qui sunt secundæ personæ.
Nomen substantiuum est, quod declinatur per vnum articulum, vel per duos tantum, vt hic dñs, hic & hæc homo.
Adiectiuum est quod declinatur per tres articulos, vel per tres diuersas terminationes: vt hic & hæc & hoc fœlix: Bonus, bona, bonum.
Relatiuum est, quod refert aliquod antecedens. Antecedẽs verò est, quod refertur ab aliquo relatiuo.
Adiectiuum & substantiuum in tribus conueniunt, in Genere, Numero, & Casu, vt Vir bonus.
Relatiuum & antecedens in tribus conueniunt, in Genere, numero, & persona, vt Ego amo, qui doceo.
Nominatiuus & Verbum in duobus conueniunt, in Numero, & in persona: vt Ego amo: tu doces.
Omne verbum actiuum vel actionem significans, exigit ante se nominatiuum pro persona agenti, & accusatiuum, vel alium casum pro persona patienti.
Omne verbum passiuum vel passionem significans exigit

nominatiuũ pro persona patienti, & ablatiuum cum præ positione, a vel ab. vel datiuum pro persona agenti.

Gerundia, Supina, & Participia exigunt post se casum, cum quo construitur verbum a quo descendunt.

Præpositiones accusatiuo deseruientes sunt, ad, apud, ante, aduersus, aduersum, cis, citra, circum, circa, circiter, contra, erga, extra inter, intra, infra, iuxta, ob, pone, per, propter, prope, propius, proxime, pridie, procul, post, præter, penes, supra, secundum, secus, trans, vsque, vltra.

Pręposiriones ablatiuo deseruientes sunt, â, ab, abs, absque, cum, corã, clam, de, è, ex, pro, præ, palam, sine, tenus, quæ aliquando genitiuo iungitur.

Præpositiones accusatiuo vel ablatiuo deseruientes sunt, In, sub, super, & subter.

Præpositiones quæ tantùm in compositione reperiuntur sunt, an, con, dis, di, re, se.

Nominatiuus semper regitur à verbo expresso vel subintellecto in ratione suppositi.

Genitiuus plærunq; regitur à nomine ex vi possessionis, nõ nunquam ex natura nominis vel verbi.

Datiuus plærunq; regitur â verbo, ex vi acquisitionis, nonnunquam verò à nomine ex speciali singnificatione.

Accusatiuus plærunque regitur â verbo ex vi transitionis, vel â parte anteriori ex natura Infinitiui: vel media præpositione, nonnunquam etiam a nomine adiectiuo, vel verbo, vel participio ex vi Synecdoches.

Vocatiuus semper regitur à verbo secundæ personæ Imperatiui modi in ratione suppositi. Sunt qui dicant aliquando poni absolutè.

Ablatiuus plærunque regitur à verbo media præpositione: nonnunquã ex speciali nominis vel verbi significatione.

Effectiuus plærunque regitur â verbo vel participio ex vi instrumenti quo aliquid fit: aliquando ex vi comparationis: aliquando ponitur absolutè.

¶LIBER SECVNDVS DE GENERE & declinatione nominum, deque præteritis & supinis Verborum. Cap. I. De genere nominum.

FOemina masq; genus nullo mõstrãte reponunt.
Mascula sunto tibi quasi mascula, fœmineũq;
Sit quasi fœmineum, Mars est pro teste, Venusque
Est duplici generis recipit quod sexus vterque.

FOemina masq;. Iam tẽpus exigit, vt pueri interrogati, Musa cuius generis est? non respondeant fœminini, quia declinatur per hæc: sed per regulas Grãmaticæ: videlicet, quia terminatur in a. Præmittitq; regulas generales, quæ colligũtur ex ratione significationis: quarum prima est. ✝ Foemina masq; genus. Quod nomina ꝓpria, siue appellatiua, sexus alterutrius: si sunt masculorũ, generis sunt masculini, si fœminarũ, fœminini: quã rem sola natura duce possumus intelligere, etiam si id monstrauerit nemo, vt hic Antonius, hæc Maria, hic vir, hæc mulier. Dicit itaq; fœmina masq;. i. nomina fœminarũ masculorumq; reponunt genus. i. seruant nullo monstrante, sola natura duce, etiam si nemo id docuerit. ✝ Mascula sunto. secunda regula significationis est, quod nomina rerum, quæ sexum discretũ non habẽt, si res illas tales imaginamur & fingimus ac si essẽt mares aut fœminæ generis sunt masculini aut fœminini, vt hic Mars, hæc Venus, hic Michael, hæc Pallas. Ordo est. Quasi mascula, id est, quæ reuera non sunt masculina sed masculis similia. sunto i. sest, sunt mascula. i. generis masculini. Et quasi fœmineum. i. quod non est fœmininum, sed fœminino simile. Sit fœmineum idest, fœminini generis. Mars, deus bellorum est, pro teste. i. pro exemplo, & Venus dea amorum est pro teste. ✝ Est duplicis. Tertia regula. Quod nomina quæ est ipsa rerũ significatiõe ad mares & fœminas pertinent, cõmunia sunt duorũ generum, vt hic & hæc homo, hic & hęc pauper, hic & hęc testis. Ordo est. ✝ Est duplicis generis, quod vterq; sexus. i. masculinus & fœmininus recipit: vt sit Hyppallage, pro eo quod recipit vtrũq; sexum.

Est cōmune trium, quod ad hæc iungis quoq; neutro
Menses cum fluuiis sexu distingue virili
Arboris est nomen muliebre. Sed excipiatur
Hic rubus, & dumus, foliisq́ oleaster amarus
Neutra siler, robur, cum subere iunge laburnum.
Insula cincta mari, nauis, cumq́ vrbe poëma
Fœminei generis sunt causa significati.

† Est commune trium. Quarta regula, ꝙ nomina quæ ex ipsa rerū significatione ad mares & foeminas pertinent, atq; etiam neutris iungi possunt: communia sunt trium generum, vt hic & hæc & hoc prudens, audax, foelix. Ordo est. Illud nomen est cōmune trium generum, ꝙ ad hæc, idest, vltra duo superiora genera iungis quoq; neutro. † Menses cū fluuiis. Quinta regula quod nomina mensium & fluuiorum generis sunt masculini, vt hic Aprilis, quintilis, sextilis, Septemb. hic Anas, Bætis, Singilis, Læthes. Ordo est. Distingue, idest, de articula: sexu virili. i. masculino menses cum fluuiis, idest, nomina mēsium & fluuiorum. † Arboris est nomē. Sexta regula quod nomina arborum generis sunt fœminini, vt hęc prunus, cerasus, ficus, amygdalꝰ. Masculina verò sunt rubus, dumus oleaster. Neutra sunt, hoc siler, robur, suber, laburnum. † Insula cincta mari. Septima regula. Quòd nomina insularum, vt Lesbos, Cypros, Rhodos, Cyrnos, & nomina nauium, vt pristis, centauros, argos: & nomina vrbium, vt Sestos, Abydos, Lindos: & nomina fabularum, vt Aeneis, Thebais, Eunuchus, Heauthontimorumenos generis sunt foeminini ratiōe significatiōis, hoc est quia insula, nauis, vrbs fabula, generis sunt foeminini. Ordo est: Insula cincta mari, id est nomina insularum marinarum ad differētiam vrbanarum: & nauis, idest nomina nauium, & poëma, idest, nomina fabularum, quæ sunt propriè poëmata cum vrbe, idest, cum nominibus vrbium sunt generis foeminini, &c.

Dictio non nomen pro nomine sit tibi neutra.
Neutras pone notas seu Græcas siue Latinas.
Sæpe tamen profert muliebres sermo Latinus.

❡ Regulæ terminationis.

NOmen quod sit in a, finitum, dic muliebre.
Accedunt maribus popa venter, scriba, lanista
Scurraq; cum lixa, sinus adria, vasia, pansa,
Vernaq; cum rabula, caculaq;, agrippaq; iunges.

✠ Dictio non nomen. Octaua regula. ꝙ dictio quę à prima positione non est nomé, si ponatur pro nomine, generis est neutri, dictiones autem huiusmodi aut verba, aut aduerbia, aut participia sunt: vt hoc amare, pro amore: viuere pro vita: hoc decéter, hoc sophos, hoc cras, hoc accidens, antecedens, contingens.
✠ Neutras pone notas. Nona regula, ꝙ nomina literarũ Græce & Latine generis sunt neutri, vt hoc alpha, bita, iota, thita: hoc a, b, c, subintelligitur nanq; eleméum. ꝙ si litera intelligatur, possunt esse fœminini generis: vt a, vocalis: b, consonans Atque eadem ratione nomina fluuiorũ possunt esse neutra, si flumen subintelligatur: maximè si terminatio faueat: vt hoc Metaurũ, Crustumium, lader. Nomina quoq; arborũ, si lignũ significent, possunt esse neutra, vt hoc buxũ, acer. Nam insularũ, nauiũ, vrbium, & fabularũ, nonnunquã sequũtur genus terminationis.

Regulæ terminationis.

NOmen quod sit in a. Propositis regulis generalibus, quæ obseruiunt generi ex ratione significationis prosequi ur regulas speciales, quæ sumũtur ex nominũ terminatiõe. Dicit itaq;, ꝙ nomina in a, desinentia, sunt generis fœminini, vt musa, litera, pagina. Ordo est, dic muliebre nomen, quod sit finitum in a.
✠ Accedunt maribus. ꝙ nomina quæ in tribus versibus explicantur, generis sunt masculini, itaq; excipiuntur à regula.

Et quod ab es, Græco constat venisse Latinum:
Cuius fœmineum plerunque fit in tria vel tis.
Quod declinatum dat tertia, dicito neutrum.
Compositum à verbis esto commune duorum.
Neutrum nomen in e: Muliebria sint tibi Græca.
Vnum nomen in i, sed neutrum ponito gummi.

✝ Et quod ab es Græco. Quòd nomina venientia à nominibus Græcis terminatis in es, quæ ad primā nominis declinationem Latinam referútur, generis sunt masculini, quemadmodum & apud Græcos erant: quoniam pro genere fœminino, est propria terminatio in tria, vel in tis: vt à prophetes.u. fit propheta. æ. hæc prophetis prophetidis: à psaltes.u. fit psalta. ę. hæc psaltria æ. Ordo est illud nomen Latinum quod constat venisse ab es. Græco, cuius fœmininum fit in tria, vel in tis, subaudi generis est masculini. ✝ Quod declinatum. Quôd nomina tertiæ declinationis in A. finita, quæ omnia sunt Græca, generis sunt neutri, vt hoc emblema. atis. dogma. atis. pneuma. atis. ✝ Compositum à verbis. Quòd nomina composita à verbis, adde tu & deriuatiua, quorum significatio potest competere vtrique sexui, communia sunt duorum generū: vt hic & hæc agricola, pedisse qua, assecla, collega. ✝ Neutrum nomen in e. Quod nomina Latina in e desinentia generis sunt neutri: vt hoc monile, sedile, caprile, cubile: Nomina verô Græca generis sunt fœminini: vt Lybie, parasceue, pentecoste, apocope, grammatice, apostrophe. ✝ Vnum nomen in i. Quôd nomina in i desinentia, generis sunt neutri. & indeclinabilia: vt hoc gummi, sinapi, piperi, melli, singiueri, sori, misi: sed omnia sunt Græca aut peregrina. A Prisciano vero sub hac terminatione vnum ponitur tantum gummi, quod ipsum Græcum quoque est: commi illi dicunt. Illa vero frugi: huiusmodi; & similia, obliqui sunt casus ab eo quod est frux & modus.

O finita dabis maribus, velut vnio gemma.
Fœmineis iunges per io, nec habentia corpus.
Additur atque caro, cœnatio, portio: quodq;
Desinit in do, go. Tamen hæc sunt mascula, prædo,
Ordo, pedo, comedo, spado, udo, cardoq;, cerdo
Et cudo, burdoque, harpago, mango, ligoque.
Ad duo communis, homo, nemo, iunge latronem.
Est commune trium præsto, quod sum comitatur.
Neutrum nomen in. u. cornu est pro teste, geluq;.

✝ O finita: ꝙ nomina in o. desinētia, generis sunt masculini, vt hic sermo. agaso. mulio. histrio. vnio ꝓ margarita grādiori. Sed nomina in io. finita, quæ nō habēt corpus: generis sunt fœminini: vt religio: rebellio. talio: & nomina participialia, hoc est, q̄ à participiis formant̄: vt à lectus lectio, ab audit⁹ auditio. Fœminini quoq; generis sunt tria: caro, cœnatio: portio. In do. præterea & ī go. desinētia: fœminina sunt: vt albedo. nigredo. teredo. virgo. vertigo. vligo. prurigo. Excipiūtur tamē ex desinētibus in do. & in go. tredecim nomina generis masculini, q̄ ponūtur in lectiōe. ✝ Ad duo cōis. ꝙ duorū generū cōia: sunt hic & hæc homo: nemo: latro. Sed latro apud neotericos tātū: nā apud authores sub masculino genere relictū est. Pli. quoq; lib. 33. mago nē foemininū dixit: quasi māgo cōis duorū generū esset. Ita inquit pueros pubescere negauit māgo Salpe obstetrix. ✝ Est cōe trium. ꝙ vnum tātum reperitur nomē cōmune triū generum: hic & hæc & hoc præsto: quod semper iūgitur huic verbo sum, es: fui: vt puer est mihi præsto. Pondo verô est generis neutri: sed tantum pluralis, cuius singulare (vt ait Phocas) in libram effertur. Pseudo præterea corruptum est neq; vnquam nisi in compositione reperitur: vt Pseudopropheta, pseudographia. ✝ Neutrum no. in u. quôd in u. finita generis sunt neutri, vt hoc cornu. gelu, &c.

C,d,neutra dabis,reperis tamen hæc quoque raro.
Al.neutrum pones,tamen hic sal debet habere.
Et duo sunt neutris cum melle fel annumeranda.
Nil nihil est neutrum,vigil & pugil esto duorum.
Solus in ol.est sol.Hic consul dicitur esse.
Sed tamen ad duo sunt communia præsul et exul.
Sit commune trium tibi nequam,nec variatur.
Vm.neutris iunges,exemplo sit tibi templum.
Græcum nomen in an,& in in.sit semper et est mas.

† C.d.ꝙ nomina in c.vel in d.desinētia generis sunt neutri,vt hoc lac,hoc halec,hoc aliud,ꝙ,quid,ꝓnomina quoq; quę ad regulas generis nominū reducunt,vt illud.istud,id. † Al.neutrū quòd noīa terminata in al.oīa sunt neutra:vt animal,vectigal ceruical,tribunal. Excipitur sal quod est gen.mas.apud priscos tamē gen neutri reperitur. † Et duo sunt ꝙ duo noīa reperiūtur in el finita,quæ sunt gen neu.hoc mel,fel. † Nil,nihil.ꝙ in il.vnū est neutrum:hoc nihil & nil quod ab eo est abscissum.Et duo sunt duorū generū cōmunia,vigil & pugil. Sed pugil ideo cōmune duorū posuimus,ꝙ Aug. ponit,autoritatē Terentij in Eunucho secutus.Si qua paulô est habitior pugilem esse aiunt. † Solus in ol. ꝙ in ol.finitū vnū tātū est nomē hic sol, hoc est gen.mas. † Hic cōsul ꝙ in vl vnū tm̄ est masculinū,hic consul: Et duo cōmunia duorū generū:hic & hæc præsul & exul. † Sit cōmune.Quôd in am.vnum tātum reperitur nequam,quod est commune trium generum,& non declinatur. † Vm neutris.ꝙ nomina in um,omnia sunt neutra:vt hoc templum scamnum, donum,aurū.Illa verô totidē,tantundē,idem & similia, quæ à dem particula cōponuntur,simplicium genus seruant. † Græcum nomē.Quôd nomina in an.& in in.desinētia,oīa sunt gręca & gen masc.vt hic Acarnā,pæā,pelecā,titā, delphin : neutra sunt pauca apud Græcos,vt melan,quod est nigrū, & pan totū.

En dabitur neutris, sed sunto mascula lychen,
Ren, splen, atq; lyen, atagen cum pectine flamen.
Addis hymen, & quod cano componit tibi nomē
Nomen in on Græcum tibi sit, maribusq; repones:
Ex his pauca tamen sunt fœmineis adhibenda.
Est neutrum quod non declinat tertia nomen.
Nomen in ar neutrum, sed par tria debet habere.
Er finita tibi sunt mascula, neutra tamen sunt

✠En dabitur. Quôd nomina in en. desinētia, generis sunt neutri, vt hoc nomē, nominis, flumē, inis. Excipiuntur tamē ex latinis generis masculini, hic ren, pecten, flamen, & cōposita â cano, is. vt tubicē, tibicē, cornicen, lyricen, siticen, fidicē: ex Græcis verò lichen, splen, lien atagen, hymen: & ex his quę nō sunt frequenter in vsu apud Latinos hic Hellen, follen, aden, achen. Fœminnia verô sunt sirē, phrē & vrbis nomē Troezē. ✠ Nomē in on. Quôd noīa in on, omnia sunt Græca & gen. masc. vt hic canon, dæmon, daphnon, platanon, Lacon, cuius fœmininum est lacæna, Pauca tamen dicit esse generis fœminini: vt sindon, mecon. Vrbium verô complura sunt, vt Babylon, Pleuron, Calydon: sed illa ad regulam generalem referuntur. Sed cum nomina in on. aut sint tertiæ aut secundæ declinationis, regula superior tradita est de nominibus tertiæ declinationis: nam secundæ declinationis neutra sunt: vt hoc xylon, barbiton, diapason, diatessaron. ✠ Nomen in ar. Quôd nomina in ar finita, generis sunt neutri: vt hoc puluinar, torcular, cohlear. Sed par cum suis compositis ex ratione significationis commune est trium generum: vt compar, dispar, separ.

✠ Er finita. Quôd nomina terminata in er, siue illa sint secundæ aut tertiæ declinatiōis, generis sunt masculini, vt hic puer, magister, anser, passer.

Spinther, iter, ruder, lasser, piper, atque papauer
Et cum vere siser, vber, cicer, adde cadauer,
Zinziber & tuber, cum matre reponito linther.
Commune est pauper, cum pubere, degener, vber.
Ir, maribus iunges. hir, Gadir, sint tibi neutra.
Mascula sunt & in or. muliebris ponitur arbor.
Neutra dabis tãtum cor, ador, cũq; æquore marmor.
Collatiua duplex retinent genus, & memor autor.
Et quod componit corpusq;, colorq;, decusq;.

† Excipiuntur generis neutri, ſpinther. &c. & linther quod eſt generis fœminini, quod ſignificat cũ dicit linther cũ matre: ac ſi dicat quod eſt eiuſdẽ generis, cuius eſt mater, rõne ſignificationis. † Commune eſt pauper. ꝙ quatuor nomina quæ hic explicantur ſunt cõmunia duorũ generũ in rectis, in obliquis vero triũ. vber enim pro fertilis accipiendũ eſt hoc in loco, ſupra vero ꝓ vbertate accipitur. † Ir, maribus iũges. ꝙ nomina in ir. generis ſunt maſculini, vt hic vir, leuir, martyr. Excipiũtur vero duo generis neutri, hir indeclinabile ꝓ vola manus, & Gadir pro vrbe Hiſpaniæ, quæ ratione ſignificatiõis debuit eſſe generis fœminini. † Maſcula ſunt. ꝙ nomina in or. generis ſunt maſculini: vt hic amor, color, lector. Excipitur vnũ generis fœminini, hæc arbor. Nã ſoror & vxor ad genus ſignificationis referẽda ſunt. Neutra vero ſunt quatuor, cor, ador, æquor, marmor. Nomina vero cõparatiua duorũ generum. ſunt communia ſub hac terminatiõe: nã ſub altera terminatiõe neutra ſunt: vt hic & hæc breuior & hoc breuius. Quibus duo iũgunt memor & autor. † Collatiua. Poſuit collatiua pro cõparatiua: nã conferre eſt comparare. † Et quod componit. ꝙ nomina compoſita à corpore: vt hic & hæc bicorpor, tricorpor: & à colore, vt hic & hæc bicolor, tricolor. & à decore ab eo quod eſt decus, decoris: vt indecor, dedecor, communia ſunt duorum generum.

Vr neutrale dabis: sed mascula sint tibi quinq;,
Turtur auis, piscis, vultur, satur, astur, & anxur
Communis generis tria sunt, fur, ligur, & augur.
Fœmineum pones, quod in as, finitur, vt æstas.
Sed iunges maribus as aßis, vas, vadis, & mas.
Neutra tamen dices vas vasis, fasq;, nefasq;.
Sit commune trium nomen gentile. Dabuntur
Partim fœminea tibi, partim mascula Græca.

† Vr neutrale. ꝙ nomina in vr. desinentia, generis sunt neutri vt hoc fulgur, iecur, femur, Masculina vero sunt quinque, turtur pro aue. nam quòd a Grçcis dicitur trigon pro aue siue pio pisce, apud Latinos pro aue turtur, pro pisce pastinaca interpretari debet. Vultur, & vnum secundæ declinatiōis satur satu ri, Astur asturis, Anxur anxuris. Communia præterea duorum generum sunt tria. hic & hæc fur, furis: Ligur, liguris: augur, auguris. quanquàm augur cum nomen est dignitatis apud Romanos generis est tantum masculini. † Foemineum pones. ꝙ nomina in as desinentia quæ sunt tertiæ declinationis generis sunt foeminini: vt hæc æstas, pietas, bonitas. Nam quæ per primam declinantur, propria sunt virorum, atque proinde masculina, vt Aeneas Aeneæ, Hieremias Hieremiæ, Esaias Esaiæ. Excipiuntur à regula generis masculini, as assis, vas vadis, mas maris. Tria quoque neutra: Vas vasis: Fas, & ab eo compositum nefas Communia verô trium generum sunt nomina gētilia: hoc est à nominibus vrbium deriuata: vt ab Arpino arpinas, à Cassino cassinas, à Ceseno cesenas.

† Dabuntur. Quôd nomina Græca partim sunt generis masculini, vt hic Arcas, gigas, elephas: quædam foeminini, vt monas monadis, lampas, dryas.

Esto nomen in es, muliebre: virilia sunto
Limes, pes, fomes, termes, cum palmite trames,
Et gurges, merges, verres, cum poplite magnes
Et paries, aries, stipes, cespesq́, satelles:
Atq; dies, mediusq́ dies pro tempore certo.
Et Græcum primæ, vel quod dat tertia nomen.
Sed communia sunt miles, comes, atque superstes,
Antistes, cocles, diues, cumq́ hospite, sospes,
Et pedes interpres, eques, indiges, hæres, hebesq́
Et teres, & præpes, locuples, & perpes, & ales,
Inquies & vates. Quod format pes, sedeoq́.

† Esto nomen in es. Quôd nomina desinentia in es sunt fœmini nini generis: vt hæc vulpes. proles. seges. Et nomina quintæ declinationis, vt res, spes, progenies. Excipiũtur verô generis masculini quæ hic explicantur. † Atq; dies. Quôd hoc nomẽ dies cũ accipit pro tẽpore certo: gñis est masculini: hoc est pro die naturali siue artificiali. nã pro tẽpore similiter gñis est fœminini. vt Lõga dies homini docuit parêre leones. Mediúsq; dies. i. meridies, qđ gñis est masculini, sicut & dies cũ accipit pro vna solis latione. † Et Græcũ primæ. Quôd noĩa Græca primæ declinatiõis, atq; etiã tertiæ, gñis sunt maſ. vt hic Scytes Scytæ: Priamides, Priamidæ: hic canonistes, canonistæ: hic lebes lebetis, hic tapes, petis. Apud Græcos tamen nõnulla reperiũtur tertiæ declinationis gen. fœminini, alia verô neutri, quæquidẽ rarô reperiuntur: sed primæ declinationis omnia sunt masculina: etiam apud illos. Sed communia duorum generum sunt hæc ferè quę in lectione explicantur: hic & hæc miles, &c. Quod format. Quôd nomina composita à pede, & à sedeo sedes, duorum generum sunt communia: vt hic & hæc bipes, tripes, alipes. Hic & hæc obses, reses, deses.

Est quoq; nomen in is, muliebre. Sed esto virile,
Corbis, & ædilis, fascis quoq;, piscis & axis,
Et collis, vermis, & callis, follis & ensis,
Mensis cum vecti, postis, glis, fustis & anguis,
Et torris, caulis, lapis, vnguis, torquis, & orbis,
Et sanguis, cucumis, iunges cum vomere puluis,
Quæq; silent alij Libys atq; canalis, aqualis.
Et quibus n præit is. & quod componis ab asse.
Adiectiua dabis communia, iunge tricuspis.
Samnis, idis, iuuenis, ciuis, testis, canis, hostis.
Nomen in os, dabitur maribus. Sed fœmineis sunt
Hæc addenda duo dos, cos. neutris epos, argos
Et chaos, atq; melos, iunges os oris & ossis.

† Est quoq; nomē in is. quòd noīa desinētia in is, sunt generis fœminini, vt hæc clauis, nauis, turris classis. Masculini vero generis sunt vndetriginta, quæ hic explicātur. † Et quibus n. quod in is. terminata quæ habent n. ante is. sunt etiam masculini, vt hic panis, cinis, ignis, finis. Et cōposita ab asse. vt hic bes sis, tressis, decussis, vigessis, centussis. † Adiectiua dabis. quod nomina adiectiua desinentia in is, sub hac terminatione duorum generum communia sunt: vt hic & hęc nobilis. breuis. fortis. debilis. Tricuspis quoq; eiusdē generis est, hoc est cōmunis duorum, atq; etiam neutris iungi potest, vt apud Ouid. I. Metamor. positoq; tricuspide telo Mulcet aquas rector pelagi. Cōmunia præterea duorū generū sunt, samnis, & cętera quę hic ponūtur. † Nomen in os. quod nomina desinētia in os. generis sunt masculini: vt hic mos. ros. flos. colos. rhinoceros monoceros. Excipiuntur duo generis fœminini, hęc dos, cos: & sex nomina quæ hic ponuntur generis neutri. hoc epos, &c.

Est commune duum bos, custos, atque sacerdos.
Et quæ cõponunt potis & pote, cõpos & impos.
Vs. declinatum per quartam siue secundam,
Dic maribus iunctum. Sed fœmineis referantur
Aluus, humus, vãnus, ficus, domus, et colus addes,
Porticus atq; tribus superaddis acusq́; , manusq́;.
Et quæ vertentes permutant Græca Latinis,
Hoc plærũq; gradu maribus quandoq; repones:
Hæc tria neutra facis, virus, vulgus, pelagusq́;.

† Est cõmune. ꝙ tria reperiũtur cõmunia duorũ generũ: hic & hæc bos, custos, sacerdos: & duo cõposita ab hoc nomine hic & hæc potis & hoc pote ea sunt. hic & hæc cõpos & impos. † Vs. declinatũ. ꝙ nomina desinẽtia in us. quæ declinãtur per secundã aut quartã declinationẽ. gen. sunt masc. vt hic dñs dñi. seruus, i. agnus, i. sensus, us auditus, us, visus, us. Foeminini generis sunt tria secũdæ declinatiõis. hæc aluus, i. humus, i. vãnus, i. Tria quoq; secũdæ & quartæ: hæc ficus, i. vel us: domus, i vel us. colus, i. vel us. Et quartæ declinationis: hęc porticus, us. tribus, us. acus, us. manus, us. † Et quæ vertentes. ꝙ nomina Græca in us. desinẽtia, quæ apud illos in os terminãtur, & os mutata in us. Latinê inflectunt, generis quoq; sunt fœminini, sicut apud Græcos erãt foeminini, vt hæc christallos, u. christallus, i. papyros, u. papyrus, i. aliqñ tñ sequunt genus Latinæ terminatiõis, hoc est masculini: vt crystallus, i. papyrus, i Ordo est. Tu repões in hoc gradu. i. inter foeminina illa nomina q̃ vertẽtes. i. interpretes, ex Græco sermõe in Latinũ ꝑmutãt. i. interpretant Græca Latinis, & qñq; repones illa marib⁹. i. masculis † Hæc tria. ꝙ tria nomina secũdæ declinatiõis reperiunt generis neutri: hoc virus, viri. vulgus, i. pelagus, i. Reperit etiã vulgus gñis masculini. vt apud Verg. 2. Aenei. & spargere voces ĩ vulgũ ambiguas.

Tertia quod nomen declinat, dicito neutrum.
Sed duo mascula sunt, lepus & mus: iungitur illis
Pus podos (hoc est pes) & quæ componis ab illo.
Fœminei generis sunt virtus atque iuuentus.
Et palus, atque salus, & quod dat seruio nomen.
Atque pecus pecudis, incus, subscusq; senectus.
Sint coniuncta tribus, vetus, intercusq; duobus.
Sint cõiuncta tibi tria tantum, sus, Ligus, & grus.
Masculus est hic præs, sed neutrum dicitur hoc æs.
Et duo fœminea laus laudis, fraus quoq; fraudis.

☩ Tertia quod nomẽ. Quod nomina tertiæ declinationis, gñis sunt neut. & sunt illa quæ mittunt genitiuũ in oris, vel in eris. vt hoc tẽpus. oris. corp⁹. oris. stercus oris. sidus. eris. fœdus. eris. vulnus. eris, Excipiunt duo gñis masc. lepus, leporis, hic mus, muris: & vnũ nomẽ Græcũ in us delinẽs, qđ est pus podos: qđ interpretat̃ pes pedis cũ suis cõpositis: vt hic tripus tripodis, decapes podis, chytrapus. podis. lagopus. podis. dasypus. podis. Fœminini quoq; gñis excipiũtur nouẽ, virtus. utis. iuuentus. utis. palus. ludis. salus. utis: & nomẽ verbale ab eo, qđ est seruio seruis, vt seruit⁹. tutis. pecus. udis, pro vna quadrupede. Nã hoc pecus. oris gregẽ potius (hoc est totũ pecuariũ) significat. Incus udis. subscus. udis. senectus. utis. ☩ Sint coniũcta. Duo nomina reperiuntur cõia triũ generũ. vetus. eris. intercus. utis. Vnde est aqua intercus, & morbus intercus. Gel. li. 18. Liberatũ inquit, se esse aquæ intercutis morbo. Idẽ. lib. 12. Intercutibus ipsi vitiis madentes, sicut Cato dicit intercutibus stupris inquinatus. ☩ Duobus. ꝙ tria sunt nomina cõia duorũ generũ, hic & hæc sus, Ligus, grus. ☩ Masculus. ꝙ in æs diphtongõ duo reperiuntur: vnum generis mascu. hic præs prædis: alterum generis neutri, hoc æs eris: duo quoque in aus diphtongon desinentia, hæc laus laudis, fraus fraudis.

S, muliebre datur, si consona iungitur illi.
Attamen esto mas, fons, dens, pons, tabificus seps.
Et cum monte calybs & arabs polysyllaba iūges
In quibus anteuenit, p, litera, quod probat hydrops
Et partes aßis: tamen est commune duorum
Cælebs & princeps, infansq́, bifronsq́, parensq́
Adiectiua tribus iungunt sua significata,
Neutrum pone caput, git, sinciput, occiput & frit.

✝ S, muliebre. Quòd, nomina in s. desinētia, habentia consonātem ante s, generis sunt fœminini, vt hæc plebs, scrobs, hyems, gens, mens, daps, seps pro sepimēto, stirps. Masculina verò sunt quæ explicantur. Quòd verò dicit, tabificus seps: ex Luc. sumptum est, qui lib. 9. scribit: Ossaq; dissoluens cum corpore tabificus seps. Est autem serpens ex genere centipedum. Masculini quoque generis sunt nomina polysyllaba habentia p, ante, s finalem: vt hic hydrops, cyclops, monops, merops. ✝ Et partes assis. Generis præterea masculini sunt partes assis, id est, libræ siue solidi, quod in duodecim vncias, hoc est partes, diuidi potest: quæ aliquoties sumptæ reddunt suum totum, vt hic deuns dempta uncia, quæ est pars duodecima: decuns & dextans dempto sextante, quæ est sexta pars, dodrans dēpto quadrante, quæ est tertia pars, & eodem modo triens, quadrans, quicuns. ✝ Tamen est commune. Quòd quinque nomina quæ hic ponuntur sunt communia duorum generum: vt hic & hæc cælebs, &c.
✝ Adiectiua tribus. Quòd nomina adiectiua in s, desinentia, quæ habent consonantem ante s, cōmunia sunt trium generum, vt hic & hæc & hoc inops, particeps, prudens, sapiens.
✝ Neutrū pone caput. Quòd nomina in t, desinentia, quinque reperiuntur, & generis sunt neutri.

Si monosyllaba sunt & in ix finita, referto
Fœmineo generi: sed Thrax, Phryx mascula, rex grex.
Et calx cum pedis est, nã calx hæc stringit arenam.
Ad duo dux facies commune, huic adiice coniux.
Sunt polysyllaba in ax, tibi tantum mascula thorax
Nycticorax, limax, dropax, cum storace, abaxq́;
Et duo fœminea sunt tibi, cum smilace fornax.
Ex finita tibi sunt mascula. Fœminea halex,
Et forpex, vibex, carex, imbrexq́;, supellex
Quod nomen fit in ix. muliebre est. Excipe fornix
Atque Cilix, Phœnix, & onyx, mastix & iapyx
Atque calix, & oryx, natrixq́;, calyxq́;, varixq́;
Quæ dantur maribus. Voluox quoq; iũgitur illis.

☩ Si monosyllaba. Quòd nomina monosyllaba in x desinẽtia, generis sunt fœminini: vt hæc pax, nix, nox, nux. Excipiuntur generis masculini, quinque, thrax, & cæ. Calx stringit arenam: nam ex vtraque fit intritum. Deinde dicit, quòd cõmunia duorum generum reperiuntur duo: hic & hæc dux. cui additur coniux, ex nominibus polysyllabis. ☩ Sunt polysyllaba. Quòd nomina plurium syllabarum in ax, desinentia, generis masc. repe riũtur sex, hic thorax, &c. Et duo fœminea, smilax, acis: fornax, acis. ☩ Ex finita. Quòd nomina desinentia in ex, generis sunt masc. vt hic index, pollex, iudex, duplex. Excipiuntur sex generis fœminini, halex, &c. ☩ Quod nomen. Quod nomina in ix desinentia gen. sunt fœm, vt hæc perdix, coturnix, sandyx, matrix. Excipiuntur gen. mas. vndecim: hic fornix, &c. ☩ Voluox. Quod in ox, vnũ reperitur generis masculini, hic voluox, ocis. & generis fœminini, duo, solox & celox. Phalaxque. Superioribus adiungit quædam nomina Græca, quæ sunt in vsu apud

Fœmineis addes solox, celoxq́, phalanxq́.
Syrinx & meninx, & iynx, Sed mascula sunto,
Tominx tomincos, spelinxq́, pharynxq́, larynxq́.

¶ De genere dubio.

AMbigui generis tibi tradunt pauca Poëtæ
Cum talpa, dama, cardo, panthera, cupido,
Et margo, bubo, finis cum puluere clunis,
Torquis, stirps, et adeps cũ scrobe, specusq́, penusq́,
Cortex atq; silex cum punice, lynxq́, latexq́:
Et nomen lapidis, quod gignit sardus, onyxq́.

Latinos quatuor generis sunt fœminini. Phalanx, legio Macedonica Iuuenalis. Iunctæque vmbone phalanges. Syrinx syringis, fistula à nympha in calamum palustrem conuersa. Ouid. 2. Metamor. nymphæ syringa vocabant. Meninx meningis, pro pãniculo cerebri: quo verbo vtũtur medici. nam pro insula Aegypti ex significatione generali, generis quoq; est fœminini. Iynx gis, auicula quæ Latine dicitur torquilla siue turbo: de qua Aristoteles libro de animalibus. ✝ Generis quoque masculini ponit quatuor, tominx tomincos, quam nos appellamus thomicem: spelinx spelingos, quod interpretatur spelunca, pharynx pharyngos pro fauce gutturis, & lariynx pro ipso gutture: quas Galeni interpres pharinga & larynga appellat.

✝ De genere dubio.

GEnus dubium est, quoties aliquod nomen ex frequenti vsu & regula artis Grammaticæ est certi alicuius generis, Poëtæ tamen autoritate sua proferunt sub alio genere: vt hic & hæc talpa: cùm ex regula de genere nominũ, generis sit fœminini. Verg. 1. Geor. Capti fodere cubilia talpæ dixit: & eodem modo de reliquis.

¶ De nominibus maſculinis, quæ ex diuerſis terminationibus mittunt fœminea in a, vel in tis.

Draco dracæna.
Leo leæna, vel lea.
Caupo caupona,
Fullo fullona.
Lacon lacæna.
Fidicen fidicina.
Lyricen lyricina.
Cornicen cornicina
Oſcen oſcina.
Flamen flamina.
Aſtur aſturica.
Sambuciſtes, ciſtria.
Cithariſtes, cithariſtria
Cymbaliſtres, iſtria.
Prophetes prophetis.
Lybis lybiſſa.
Siticen ſiticina.
Tubicen tubicina.
Tibijcen tibijcina.
Poëtes poëtis.
Scythes Scythis.
Sarmates ſarmatis.
Magnes, etis, vel gneſſa.
Cres cretis, vel creſſa.
Moabitæ Moabitis.
Amonita Amonitis.
Pſaltes pſaltria.
Nepos neptis.
Heros heroyna.
Tympaniſtres, niſtria.
Thrax thraiſſa.
Cilix ciliſſa.

✝ De nominibus, &c. Ex regulis ſuperius traditis de genere nominũ, ex ratione ſignificationis poſſet ſuboriri dubitatio quædam in nominibus quibuſdã, quæ ratiõe terminationis & ſignificationis poſſent cõpetere maribus & fœminis. ſed quia fœminæ habent propriam terminationé, terminatio illa quę videbatur poſſe competere maribus & fœminis, relinquitur ſub genere tantum maſ. Eſto exẽpli cauſa, draco onis. ratiõe terminationis potuit eſſe cõ mune duorũ generum. neq; repugnabit ſignificatio, cũ illa in ſpecie mares & fœminæ reperiantur, ſicut igitur dicimus hic & hæc homo pro viro & muliere, ita poſſemus dicere, hic & hæc draco pro maſculo quoq; & fœmina: ſed quia

Arabs arabissa. *Phœnix Phœnissa.*
Chalybs chalybissa. *Phryx Phrygia.*
Aethiops, æthiopissa. *Rex Regina.*

¶ Quædã sunt nomina, quæ tametsi cõmunia duorum generũ reperiũtur, habẽt tamen aliã propriã terminationẽ generis fœminini, vt hospes hospita, sospes sospita, sacerdos, dotissa, custos, stodia, antistes, istita.

¶ De Nominum declinatione. Caput. II.

NE sit opus toties eadem præcepta resumi
Accipe quæ teneas in nominibus variandis.
Compositi formam simplex, & compositiuum
Simplicis obseruat. Exanguis dat tibi sanguis.

fœmina in illa specie habet propriã terminationem in a, hoc est dracæna, relinquitur altera terminatio in o, sub genere tantum masculino, hic draco, & eodem modo leo leæna, & quæ sequuntur. Deinde subdit quædã nomina, quæ tametsi sub vna terminatione reperiuntur masc. & fœmi. nihilominus habent propriã terminationẽ in a, vt hic & hæc sospes, hæc sospita, &c. NE sit opus. Proponit quasdam regulas omnibus quinque declinationibus cõmunes: & cur id faciat, addit causam dicens, ne oporteat eandem causam iterare. ☩ Compositi formã. Hæc regula plærunque seruit in declinatione nominis, & coniugatione verbi: nã si cõpertũ mihi sit q̃, Celtiber facit in genitiuo celtiberi, ex proportiõe possum scire, quod Iber ex quo componitur, facit in genitiuo iberi. Atque à contrario, si exploratum habuero, quod Iber facit iberi, ex proportione possum scire quod Celtiber facit celtiberi. Sed hæc regula non vsquequaque vera est, Nã sanguis facit in gtõ sanguinis: ab eo tamen cõpositum exanguis, nõ facit inis, sed guis. Præterea pes facit

A pede fit vulpes, & apes, nec regula seruit.
Impubis dat eris: sed pubes dat tibi pubis.
Est requies quintæ, declinat tertia simplex.
Quartus cum quinto semper recto simulantur
In neutris. Sed in a pluralem ponis vbique.
Estq; vocatiuus recto similis propè semper.
Præterquàm quintæ, pluralibus in genitiuis
Syllaba nonnunquàm colliditur, u capit tales.
Tertius & sextus plurales aßimilantur.

in genitiuo pedis: vulpes tñ & apes, quæ ab eo cõponũtur, nõ vulpedis, nec apedis, sed vulpis & apis faciũt, cũ apis accipitur pro bestiola illa mellifica. Nã apes apedis, pro auicula de pede accipitur. ✝ A pubes quoq; cõponitur impubis, qđ format impuberis. Verg. tamẽ regulam secutus, impubis Iuli. dixit. Quies etiam in genitiuo facit Quietis. Compositum tamen ab eo requies facit requiei per quintam declinationem. ✝ Quartus. Quod nomina neutra habent tres casus similes tam in singulari quam in plurali, hoc est, nominatiuum, accusatiuum, & vocatiuum: & in plurali semper terminantur in a, quod contingit in secunda & tertia, & quarta declinatione: nam primæ & quintæ nullum est neutrum. vt hoc templum, accusatiuo templum, vocatiuo ô templum, hæc templa, accusatiuo tẽpla, vocatiuo ô templa. ✝ Estq; vocatiuus. Quod vocatiuus tam singularis quam pluralis cuiuscunq; declinationis, est similis nominatiuo vtriusque numeri. Quod vero dicit, prope semper, propter vocatiuum singularem secundę declinationis dictum est, de quo suo loco dicemus. ✝ Præterquam quintæ. quod genitiuus pluralis omnium declinationum præterquam quintæ patitur abscisionem vnius syllabæ, vt Aeneadæ, æneadarum, & per abscisionem æneadum: & sic dicimus virum pro virorũ, ciuitatum, pro ciuitatium, passum pro passuum. Tertius & sextus, satis liquet. ✝ De prima nominis declinatione.

❡ De prima nominis declinatione.

CVm sint quinq; puer declinandi tibi formæ,
Quas vnus variis ex rectis dat genitiuus.
Prima sit in as, es, sed Græcis, aq; Latina.
Est genitiuus in æ, diphtongon. Sed tamen ai
Dat tibi nõnũquã, dat & as, sed & id quoq; raro.
Octo trium generum sunt nomina, quæ dãt in ius.
Pone datiuis æ, diphthongon. Sed genitiuus
Cùm tibi fiet ius, us, rapta pone datiuum.

CVm sint quinq;. ꝙ quinq; sunt nominũ declinatiões, qui numerus colligit̃ ex genitiui diuersitate: nã prima mittit genitiuũ in æ. dipht. secunda in i: tertia in is: quarta in us: quinta in ei. Prima igitur declinatio terminatiões habet nominatiui tres as, es, a: sed as, & es in nominibꝰ tm̃ Græcis masculinis: vt Aeneas Byrrias, Anchises, Priamides. In a, verô tã Græcorũ q̃; Latinorũ gñis sunt masc. vel fœm. vel cõis duorũ, vt hic lixa, hæc musa, hic & hæc aduena. ꝙ verò dicit, aq; Latina, subintelligẽdũ est, atq; etiã Græca. ☩ Est gtũs. ꝙ gtũs à quacunq; illarũ triũ terminationum æquisyllabicè in æ, dipht. terminatur: vt Byrrias, æ. Aeneas, æ. Anchises, æ. Reperiuntur tñ aliqñ terminari in ai: vt aula, aulai: & aura, ai: & picta, ai: apud Verg. & Lucretium, terrai, frugiferai, militiai. Apud antiquiores quoq; plerũq; inuenit̃ in as. vt apud Plaut. Alcmenas ꝑ Alcmenæ: & apud Liuiũ Andronicũ escas ꝑ escę: & apud Neuiũ, terras, ꝑ terrę: sed ex hac terminatiõe tm̃ est in vsu familias, ꝑ familiæ. Deinde subdit, ꝙ octo nomina, quæ declinãtur ꝑ secundã declinationẽ ꝓnominis, mittunt genitiuum in ius: ea sunt, vnus vnius, vllus vllius, nullus nullius, solus solius, totus totius, vter vtrius, alter alterius, alius, alius. ☩ Pone datiuis æ. dipht. ꝙ dtũs â quacunq; nti terminatiõe terminat̃ in æ. quoq; diphtõgon: vt Aeneas, æneæ: Anchises, æ: musa, æ. Sed ab illis octo nominibus in ius, mittẽtibus genitiuum, formatur dtũs ablata us: vt vnius vni, vllius vlli.

Omnibus ex rectis finitur in am, tibi quartus.
Atq; vocatiuus fit in a. Cui iungito sextum.
Rectus pluralis fit in æ. Genitiuus in arum.
Atque datiuus in is, finitur. Pauca tamen sunt
Quæ faciunt abus: velut est equa, filia, nata,
Mula, dea, liberta, ambabus iunge duabus.
Accusatiui plurales as tibi mittunt.

† Omnibus ex rectis. Quôd accusatiuus à quacũq; terminatione nominatiui desinit in am: vt Aeneas, æneã: Anchises, am: musa, am. † Atque vocatiuus fit in a. ꝙ vocatiuus à qualibet terminatione nominatiui, terminatur in a: vt æneas ô ænea, Anchises ô anchisa, musa ô musa, terra ô terra. Cui ablatiuus similis est in terminatione, sed non in quãtitate, quia vltima in ablatiuo producitur, in vocatiuo breuiatur. † Rectus pluralis. ꝙ nominatiuus plural. terminatur in æ. diph. vt musæ. † Genitiuus in arum. ꝙ gntũs pluralis in arum terminatur : vt musæ, arum: terræ, arum. † Atq; datiuus in is. ꝙ datiuus plural. in is. terminat̃ : vt musæ, is. Excipiunt̃ pauca, mittẽtia datiuum atq; ex cõsequẽti ablatiuum in abus, idq; tñ differentię causa. & quæ illa sint, statim subdit: equa, abus: filia, abus : nata, abus, mula, abus: dea, abus: liberta, abus: ambæ, abus: duæ, abus: & aliqui ex iunioribus dixèrunt animæ, abus, famulæ, abus. Quôd si nulla sit ambiguitas de quo sexu loquimur, nihilominus regulari declinatione vtemur: vt si dixeris. Ego lego centenos aureos duabus filiis meis maiorib⁹: nã dubitatio nulla est de quo sexu loq̃ris, ex eo ꝙ adiectũ est duab⁹: nã si tm̃ dixisses, Lego cẽtenos aureos filiis meis maiorib⁹, poterat venire ĩ dubitationẽ de masculis an de fœminis sis locut⁹. Quare nõ sufficiẽter Valla ꝓbauit autoritate Cic. animã nõ potuisse mittere dtũm plu. in ab⁹, quia scribẽs ad vxorẽ & filiã dixit, duab⁹ animis suis: nã ꝑ id quod dixit duab⁹, sublata est oĩs ambiguitas, an animis sit ab anima, an ab animo. † Accusati. plu. ꝙ actũs plu. in as terminat̃: vt musæ, as.

¶ De secunda nominis declinatione.

ALtera dat rectis tibi sex , er, ir, ur, vel us aut um,
Atq; eus, diphtōgō: sed & hāc tātūmodo græcis.
Fit genitiuus in i, sed rectum non superabit.
Excipias gibber, lacer, socer, asper, adulter,
Presbyter atq; Liger, miser et gener, & tener addis:
Et prosper, dexter, puer, & quod fit tibi nomen
Agero siue fero, vir, Treuir, iunge, saturq;,
Liber & ingenuus, Bacchus, cui iungis Iberum.

ALtera. Sequitur secūda declinatio, dicitque illam habere nominatiui singularis terminationes sex. Er, vt puer. Ir, vt vir. Vr, vt satur. Vs, vt Deus. Vm, vt templum. Eus diphthongon, vt Pentheus: sed hanc tantūm in nominibus Græcis, cum ad declinationem Latinam trahantur. Sub illa namque terminatione, tam Latina quā Græca, declinatione inflectūtur: & hæc est causa quare nomina Græca in os, vel in on, non declinantur per secundam nostram declInationem, quia illæ terminationes mere grææ sunt. Itaque pro eo quod illi dicunt Abydos abydu, nos dicimus Abydus abydi. Illi symbolum symbolū: nos symbolum symboli. † Fit genitiuus. quod gtūs à quacunq; nominatiui terminatione terminatur in i. Sed quia aliquādo pariū est syllabarū, aliquando crescit vna syllaba: dicit quod generaliter est in syllabis æqualis suo nominatiuo: vt tēplum tēpli, dominus domini. Deinde ponit exceptionē illorum, quæ crescunt vna syllaba: ea sunt gibber gibberi, lacer laceri, socer soceri, asper asperi, quod per syncopam facit aspri. Verg. 2. Aeneid. Improuisum aspris veluti qui sentibus anguem Pressit. Adulter adulteri, presbyter presbyteri, Liger ligeri, miser miseri, gener generi, tener teneri, prosper prosperi, dexter dexteri. quod per abscisionem facit dextri, puer pueri. Et composita à Gero geris: & fero fers: vt armiger armigeri, armifer armiferi, vir viri, Treuir treuiri, satur saturi; liber liberi, pro ingenuo et Baccho: nam pro cortice & pro codice, libri facit.

Sed diphtongus in eus, ei dat vel ei genitiuo.
Atq; datiuus in o, dabitur: cui iungito sextum.
Accusatiuo um, dat declinatio nostra.
Vs, recti mutans in e, casum pone vocandi.
Sed dices fili, fluuius, Deus, atq; Latinus.
Si tamen est proprium per ius, tunc us rapiatur.
Rectus pluralis fit in i. Genitiuus in orum.
Atq; datiuus in is, sed dat tibi dij Deus & diis.
Accusatiui plurales os, tibi mittunt.

✝ In eus vero diph. desinētia, triplicē habēt gtūm in ei, diph. & in ei, solutas, & in eos: vt Pētheus penthei dissyllabos, & penthei trissyllabos, & pentheos: sed à latinis per ei, coniunctas siue solutas profertur, à græcis per eos. ✝ Atq; datiuus. quod datiuus in o terminatur: cui assimilatur abltūs: formaturq; à genitiuo i, mutata in o: vt templi templo, domini dño. ✝ Actō. quod actūs in um, terminatur, genitiui mutata in um: vt templi templum, domini dominum, pueri, erum. ✝ Vs, recti. quod vocatiuus secundæ declinationis à nominibus in nominatiuo terminatis in us, formatur, us mutata in e: vt hic dominus ô domine, hic bonus ô bone. Excipitur filius quod in vocatiuo facit fili, & non filie: hic fluuius: quod quanquam ô fluuie debuit facere. Verg. tamen. 8. Aeneid. dicit. Corniger Hesperidum fluuius regnator aquarum. deus ô deus. Latinus ô latinus. Vergil. Socer arma latinus habeto. quod si nomen sit proprium in ius, terminatū, vocatiuus ablata us, desinit in i: vt Antonius antoni. Vergilius ô vergili. Laurētius ô laurenti. Dionysius ô dionysi. ✝ Rectus pluralis. quod ntūs pluralis terminatur in i: vt hi dñi, hi boni. ✝ Gtūs in orum. quod gtūs terminatur in orū: vt dominorum, bonorum. ✝ Atque datiuus. quod dtūs terminatur in is: vt dominis, bonis. Sed hoc nomen deus in plurali duplices habet nominatiui & dtī terminatiōes: dei vel dij, deis vel dijs: sed dii & diis per synæresim vnisyllabice proferuntur.

Nominibus neutris in a, vertitur i, genitiui.

¶ De tertia nominis declinatione.

TErtia diuersos dat declinatio fines.
Et quanquam variè, tamē exit in is, genitiuus.
Ex a, ponit atis. Ex e, facit is, genitiuus.
Onis ab o, fiet. Per inis, nonnulla dabuntur:
Cardo, ordo, turboq; homo, nemo iungis Apollo,
Et quod fœminei generis datur in do vel in go.
Vnedo dat onis, seu pomum, siue sit arbos.
Ast Anio & Nerio dant enis: dat caro carnis.

† Noībus neutris. q̄ sit gtūs in noīb⁹ neutris, in ij, duplici desinit, ntūs, actūs, & vctūs plurales in a, purū, i, vocali præcedente desinunt: vt hoc auguriū augurij: hęc auguria. Si verò in vnico i, desinit, neutra pluralia in a, mixtum cū cōsonāte desinūt: vt hoc tēplum, tēpli, tēpla: scānum, scāni, scāna: limitatur regula illa. Quartus cum quinto. † De tertia nominis declinatione.

TErtia diuersos. q̄ tertia declinatio varias habet ntī desinentias. Nā sexaginta circiter colligunt, q̄ oēs mittunt gtm̄ in is, sed diuersis modis. Quædam enim crescunt vna syllaba, vt hic sermo, onis. quædā duab⁹, vt biceps, pitis. q̄dā habēt pares syllabas, vt pater patris. vnū reperitur deficiēs à suo recto vna syllaba. Iuppiter Iouis. † Ex a, ponit. Prosequtur diuersitatē illā gntī per ordinē ntī terminationū: atq; imprimis, quôd noīa in a, desinētia, q̄ oīa sunt Græca, mittunt gtm̄ in atis: hoc ęst quôd crescūt sup rectū vna syllaba, vt dogma, atis: pneuma, atis. † Ex e, facit is. q̄ noīa in e, desinētia, faciūt gtm̄, e mutata in is: vt hoc cubile, is: mare, is: altare, is. † Onis ab o. q̄ noīa in o, desinentia mittūt gtm̄ ī onis: vt sermo, nis: histrio, nis. Excipiunt aliq̄ mittētia gtm̄ ī inis: ea sunt, cardo, inis: ordo, inis: turbo, inis: homo inis: nemo, inis. Apollo, inis. Et noīa fœm. desinētia ī do vel in go: vt teredo, inis: albedo, inis: virgo, inis, aurigo, inis. Vnedo tamē vnum ex desinentib⁹ in do, fœmininū, facit in gtō onis.

Lac tibi dat lactis: halec halecis habebit.
Bogud formát udis, nostri dixere Dauidis.
Additur is, post l: Sed lis, mel, felq́ recepit.
Nomen quod fit in n, assumit is, in genitiuo.
Men finita dabunt, inis. & quod desinit in cen.
Atque vnguē pecten iunges. cūq́ inguine gluten.
Et quandoq; datur ex on, genitiuus in ontis.

☩ Lac tibi, &c. Quòd duo reperiuntur nomina desinentia in c: lac, tis: halec, cis. ☩ Bogud. Quòd in d, terminata duo reperiuntur nomina barbara virorum propria Bogud. udis: & Dauid. dis. ☩ Additur is. Quòd nomina desinētia in l: quacunq; vocali prę cedēte formāt genitiuum addita is: vt animal. alis: Michael. lis: Gabriel lis: Raphael. lis: vigil. ilis. sol solis: cōsul. lis. Mel verò & fel non is, sed lis, in genitiuo suscipiunt: quare in obliquis omnibus per duplex l. scribuntur. mel. llis: fel. llis. ☩ Nomen quod fit. Quòd nomina desinentia in n. literam, assumunt is. in genitiuo, quacunq; vocali præcedente: vt Titan. nis: Acarnā. nanis: splen nis: siren. nis: delphin. inis: Phorcyn. cinis. dæmon. onis. sindon. donis. Sed quia hæc regula de vltima syllaba tātum tradita est, quod ad penultimam attinet: subiungit. Quòd nomina terminata in men, mutāt in genitiuo e. in i. vt flumen. inis: fulmen. inis, culmen. inis, quod de nominib⁹ latinis intelligendum est: nam Græca in genitiuo retinent e: vt hymen. enis: Damen. enis: quæ apud Latinos in vsu non sunt ☩ In cen, quoque desinentia, quæ à cano canis componuntur, mutant e. in i. vt tubicen. inis: tibicen. inis, lyricen, inis. Et nomina quatuor, quæ hic ponuntur: vnguen vnguinis: pecten pectinis: inguen inguinis gluten, glutinis ☩ Et quandoq;. Quòd in on desinentia aliquādo mittunt genitiuum in ontis. cùm plærunque per regulam mittant in onis: vt Laocoon. ontis: Acheron. ontis, sed de his in Gręca declinatione plura.

Is.post.r.iunges. Tamen.r.tibi far geminabit
Cris dat acer,volucer alacer, bris accipit imber
Et sua composita;celeber quibus adde saluber
In tris plura dabis, frater, mater, pater, uter,
Accipiter, venter, linter. Quod desinit in ster,
Iuppitrix atq; Iouis dat Iuppiter. O.facit ex.u.
Femur, ebur, robur, iecur: at cor dat tibi cordis
Suscipit atis, ab as genitiuus. Demitur inde
Vas vadis & vasis, as aßis, mas maris. At qui
Græcum ponit adis, genitiuo: ponit & antis.

† Is post r. quod in r desinentia quacunque vocali precedente assumunt in genitiuo is: vt torcular, aris :anser eris:gadir iris: decor oris:vultur uris.Far vero recipit ris:hoc est, quod scribitur duplici r:vt farris. Deinde dicit quod tria nomina in cer, mittũt genitiuum in cris:vt acer cris:volucer cris : alacer cris: Imber quoq; cum suis compositis : & hoc nomen celeber & saluber mutant ber in bris:vt imber bris:september bris : october bris:nouẽber bris:december bris.Mulciber bris: celeber bris:saluber bris. Inter quoque desinentia(si sunt latina) mutant ter in tris:vt frater tris:mater tris.pater tris:vter tris: accipiter tris vẽter tris:linter tris.Et nomina quoq; desinẽtia in ster:vt pedester pedestris:sylucster syluestris : & Iuppiter iuppitris & iouis. O facit ex u,quod quatuor nomina mutant in genitiuo u,in o: vt femur femoris:ebur eboris:robur roboris:iecur iecoris,& iecinoris.Iter vero & itiner,regulam sequuntur.Nam ab eo quod est iter fit iteris:ab eo quod est itiner fit itineris. Deinde subdit quod hoc nomẽ cor facit cordis. † Suscipit atis,quod in as,desinẽtia mittũt gtũm ĩ atis:vt pietas pietatis : castitas castitatis: Excipiũt quatuor monosyllaba aliter gtũm faciẽtia vas vadis,vas vasis:as asis:mas maris.Græca vero quãdoq; faciunt in adis:vt Arcas arcadis:Pallas adis , quandoq; in antis:vt Atlas atlãtis:Pallas pallantis:sed de his in declinatione Græca plura.

Cùm ſit in es, nomen mas, aut commune duorum,
Dat genitiuus, itis. Sed verres dat tibi verris:
Et vates vatis. Dat etis pariesq́ue, ariesq́ue.
Perpes, & interpres, teres, indiges, præpes, hebesq́ue,
Inquies & locuples, magnes, Hæresq́ue dat edis,
Pes pedis. At nomen dat idis, quod de ſedeo fit.
Græcum nomen in ès genitiuum mittit in etis.
In proprijs ex es, facit is, quandoq; dat etis,
Es, tibi fœmineum conuertit, in is genitiuum.
Sed teges atque ſeges, abiesq́ue quiesq́ue dat etis:

✠ Cum ſit in es, quod nomina maſculina aut cõmunia duorũ generum, deſinentia in es, mittunt genitiuum in itis: vt hic ſtipes itis: hic & hæc miles militis. Excipiũtur verres generis maſculini, quod facit verris: & vates communis duorum, quod facit vatis: & quædam facientia in etis, hoc eſt, non mutantia e, in i: ea ſunt paries parietis: aries arietis: perpes perpetis: interpres interpretis: teres teretis: indiges indigetis: præpes præpetis: hebes hebetis: inquies inquietis: locuples locupletis: magnes magnetis. In edis vero faciunt hæres hæredis: & pes pedis: cum ſuis compoſitis, vt bipes bipedis. In dis prætereа exeunt compoſita à ſedeo ſedes: vt obſes obſidis: reſes reſidis: præſes præſidis. Græcum nomen, quod nomina Græca deſinentia in es mittunt genitiuum in etis: vt lebes lebetis. tapes tapetis: Cres cretis, & quod ſupra poſuimus, magnes magnetis. Sed nomina propria in es, aliquando mutant es in is, aliquando exeunt in etis, quandoque vtroque modo mittunt genitiuos: vt Ioannes ioannis, Iordanes iordanis, Chremes chremis vel chremetis, Dares daris vel daretis, Laches lachis vel lachetis. Es tibi fœmineum, quod nomina fœminina deſinentia in es, formant genitiuum, es mutata in is: vt hæc proles prolis: vulpes vulpis: moles, molis. Excipiuntur quatuor mittentia genitiuum in etis: vt teges tegetis: ſeges ſegetis: abies abietis: quies quietis.

Merces mercedis facit, in cereris Ceres exit.
Is, finita tibi mittunt similem genitiuum.
Cuspis format idis: caßis, lapis additur illi.
Semis semißis dat: sanguis sanguinis. & quæ
Dat et eris, cucumis, vomis, et cinis: addito puluis:
Impubis iunges. Glis, gliris: lisq; dat itis,
Samnis samnitis, dis ditis: adde Quiritem.
Græcum mittit idis: Simois Pyroisq; dat entis.
Quòd fit in in, & in is, dabit inis: iungito pollis.

✝ Merces quoque facit mercedis: & Ceres quod facit cereris. ✝ Is finita. Quôd nomina in is desinentia habent genitiuum similem nominatiuo: vt ignis, ignis: clauis, clauis: nauis, nauis: tria verô mittunt genitiuum in idis. cuspis, cuspidis: lapis, lapidis, cassis, cassidis. Excipitur quoque semis, quod facit semissis: & sanguis quod facit sanguinis. In eris faciunt quoque quatuor nomina biterminantia in nominatiuo: cucumer vel cucumis, cucumeris: vomer vel vomis vomeris: ciner vel cinis cineris: puluer vel puluis pulueris. Impubis quoque, quod tum impuberis tum impubis facit. & glis quod facit gliris, & lis quod facit litis: & Samnis quod facit samnitis: dis quod ditis, Quiris quod quiritis. ✝ Græcum mittit. Quòd nomina Græca plærunq; mittunt genitiuum in idis. vt Paris Paridis, aspis aspidis: iaspis, iaspidis, iris iridis, Priamis Priamidis. aliquando mittunt genitiuum in ios, vel in eos, sed de hoc aliàs. Deinde dicit, quôd duo nomina sunt finita in ois, quæ mittunt genitiuum in entis. Simois, moëtis, & Pyrois Pyroëtis, de quibus, vbi de Græcis plura. ✝ Quod fit in in. Quod nomina Græca biterminantia in in, vel in is, faciunt genitiuum in inis, vt delphis vel delphin, inis, Eleusin vel eleusis, eleusinis: Salamin vel salamis, inis: Phorcyn vel phorcys, phorcynis. pollis quoq; est Latinum & facit, inis, quasi à nominatiuo pollem.

Otis nomen in os mittit. Tamen exit in oris
Ros, flos, mosq́; lepos. Os transit in oris, & oßis.
Custos custodis dat, bos bouis: & tamen ois,
Græca dabunt: Vt Tros, thos, Minos additur heros
Vs, tibi mittit, oris. Per eris sed plura dabuntur.
Vlcus, acus, viscus, fœdus, cum pondere sydus:
Vellus, holusq́; scelus, funus, genus: addito vulnus,
Munus, onusq́; latus, vetus, atq; opus. Et tamē udis
Dant subscus, incus, palus, & pecus. hæc muliebris
Telluris venerisq́; dabunt tellusq́; Venusq́.
Cætera fœminei generis mittuntur in utis,
Quæ polysyllaba sunt. Monosyllaba dantur in uris

¶ Otis nomen. Quod nomina in os desinentia, mittunt genitiuum in otis: vt sacerdos, otis: compos, otis monoceros, otis. In oris vero faciūt quinque: ros, oris. flos, ris. mos, oris. lepos oris os, oris. quod etiā in alia significatiōe facit ossis. Custos quoq; facit odis, & bos bouis: sed quædā nomina Græca faciunt ois, vt Tros, ois: thos, ois: Minos, ois. heros, ois. Vs tibi mittit. Quod nomina in us desinentia, mittunt genitiuum in oris, vt corpus oris: tempus, oris, & à neutris comparatiuorum, vt nobilius, oris. In eris vero mittunt genitiuum quæ sequūtur. Vlcus, eris. acus eris. viscus, eris. fœdus, eris. pondus, eris sydus, eris. vellus, eris. holus, eris. scelus, eris. funus, eris genus, eris. vulnus, eris, munus eris. onus, eris. latus, eris. vetus, eris. opus eris. Quatuor præterea mittunt genitiuum in udis: subscus, udis. incus, dis. palus, dis, & pecus, dis, quando est generis fœmin. nam quādo est gen. neu. hoc pecus, oris facit. Deinde dicit, quod tellus facit uris, & Venus, eris. Postea subdit, quod nomina plurium syllabarum quæ sunt fœmininea, genitiuum mittunt in utis, ea sunt quinque. virtus, utis. senectus, utis. salus, utis, seruitus, utis, iuuētus, utis. Monosyllaba vero faciunt genitiuū in uris, vt mus muris, thus thuris, crus uris, ius iuris, pus puris.

Grus & sus dat uis: intercus, utis tibi mittit.
Græcum nomen in us, genitiuum mittit in untis.
De pus, exit odis: tibi sit pro teste Melampus.
Dat diphthōgus in æs, præs prædis, & æs dabit æris.
Dat diphthongus in aus, laus laudis, fraus quoque fraudis.
Si b p. phi. præit s, mediam dabis i genitiuo.
E mutatur in i, quando præponitur illis,
Si polysyllaba sunt, tamen aucupis exit ab auceps.
Ponit hyems hyemis: puls pultis mittere debet.

✠Excipitur grus, quod facit gruis, & sus, quod facit suis, & subdit, quod hoc nomen intercus, facit intercutis. Græcum nomen. Quod nomina Græca in us desinentia, mittunt genitiuum in untis: vt Hydrus hydruntis: Sipus sipuntis. Phycus phycũtis: Hiericus untis: Amathus, untis. Sed à plus quod est pes, composita mittunt genitiuum in odis: Mlampus, podis: Oedipus, odis: cytrapus, odis tripus, odis. ✠Dat diphthongus. Quod in æs diphthongon finita reperiuntur nomina hæc: præs, prædis: & æs æris. duo præterea in aus, diphthongon: fraus fraudis, & laus laudis. ✠Si b. p. phi. Quod nomina in s desinentia, quæ habent b, aut p, aut ph, ante s, recipiunt i, mediam in genitiuo: vt Arabs arabis: daps dapis: inops, inopis: gryps, phis: Cinyphs, phis: quanquam à Græcis per ps scribitur. Quod si præcedit e vocalis in dictionibus plurium syllabarum: illud e mutatur in i: vt cælebs, ibis: princeps, ipis: adeps, ipis. Deinde subdit, quod hoc nomen auceps mutat e in u: vt auceps aucupis.

✠Ponit hyems. Quod vnum nomen reperitur finitum in ms, hyems quod facit hyemis,

Si præit n, aut r, mediam dat ti, genitiuus.
Lens lēdis mittit, glans glandis, frons quoque frondis:
Nefrens nefrendis: quod pendo libraq; gignit.
Vt cor dat cordis, sic quæ componis ab illo.
Vncia quod nomen componit, mittit in vncis.
Dat capitis caput: in cipitis, sua compositiua; &
Quæ dant crementum tibi duplex, adde: supplex
Atque iter aut itiner dat lectilis hæc in erisq;.

✠Si præit n. Quod nomina desinentia in s, habentia n, aut r ante s, recipiunt in genitiuo ti, syllabam mediam: vt prudēs entis: dens, dentis: gens, gentis: Mars, tis: sors, sortis. Dicit deinde quod loco t, recipiunt d, quinque nomina: lens lendis pro vermiculo qui ex pediculo gignitur, nam pro legumine lentis facit: glans, dis: frons, dis: pro folio arboris: nam pro facie, frontis facit: nefrens, dis, procello, & libripens libripendis, quod à libra & pendo, is, componitur. Composita quoque à corde, recipiunt in genitiuo di: vt concors concordis: secors, dis. discors, dis: misericors, dis.

✠Vncia quod nomen. Quod composita ab hoc nomine vncia, recipiunt in genitiuo ci syllabam: vt deuns deuncis: decuns, cis: quicuns, cuncis.

✠Dat capitis caput. Quod in t, desinentia reperiuntur caput cum suis compositis: sed caput facit capitis: & duo composita ab illo, occiput, itis: sinciput, pitis. Composita etiam à capite quæ habent duplex crementū, faciunt quoq; gtūm in cipitis: vt anceps, pitis: biceps, pitis: triceps, cipitis. Duo quoq; habent duplex crementum: supellex, ctilis. & iter, itineris, sed itineris (vt supra diximus) ab eo, quod est itiner potius dicitur: vt apud Manilium lib. 1. Astronomicon: Fecit & ignoto itiner commercia terris.

X finita dabunt (x rapta) cis genitiuo.
E mutatur in i, quando præponitur illi.
Dum polysyllaba sint. Veruex, halexq́; dat ecis.
In gis multa dabis: lex. rex, grex, addito remex
Imq́; petix & frux. A coniux coniugis exit.
Illex q́; atque aquilex, compluraq́; nomina græca.
Syrinx & meninx, & iynx, iapyxq́;, Lelexq́;,
Sphinx, Phryx, atque phalanx, Styx, strixq́;, pharynxq́;, larynxq́;,
Allobrox, mastix, & oryx, cum pompholige Iazix
Et reges Galli, quorum fit rectus in orix.

✠ X finita. Quod nomina in x desinentia, quacunque vocali aut consonante præcedente, faciunt genitiuum ablata x, & addita cis, vt pax pacis, audax, acis. fœlix, icis. atrox atrocis lanx, cis. lynx, cis. Habentia vero e ante x, si sunt polysyllaba, mutāt in genitiuo e in i, vt index, dicis, quod si sunt monosyllaba, nihilo plus mutant, vt nex necis, prex precis, merx mercis. Duo quoque ex polysyllabis retinent e in genitiuo. vt veruex ecis, halex, ecis. In gis. Quod à superiori regula excipiuntur complura nomina mittentia genitiuum in gis, hæc sunt lex legis, rex regis, grex gregis, remex gis. quod seruat regulam habentium e ante x. Impetix impetigis, sed interponit particulā, q; per Themesin, quia syllaba breuis inter duas longas non admittitur in hoc genere versus. frux frugis, coniux coniugis. Illex illegis. i. sine lege, quod simplicis seruauit declinationem, nam pro illecebra, illex in genitiuo illicis facit. aquilex aquilegis. Complura quoque nomina Græca, vt syrinx, gis. meninx, gis. iynx gis. iapix, gis. Lelex, gis. sphynx, gis. Phryx, gis. phalanx, gis. Styx, gis. strix, gis. pharynx, gis. larynx, gis. Allobrox, gis. mastyx, gis. oryx, gis. pompholyx, gis Iaryx, gis. Et nomina quædā propria regum Galliæ in orix desinentia, vt Orgentorix orgentorigis. Duninorix, rigis. Ambiorix, igis. vercingetorix, gis.

In chis, dant maſtix & onyx, tominxq́, diorγx.
Et duo dant actis, Hipponax, Aſtyanaxq́.
Nix niuis, atque ſenex ſenis infert, nox quoque noctis.
Fitq́ datiuus in i, ſi tollas s, genitiui.
Accuſatiuus fit in em. Sed in im, tibi mittunt
Hæc, ſitis, & tuſsis, vis, buris peluis. At iſta
Dantur in em vel in im, reſtis, turrisq́; ſecuris,
Et puppis, febris. Sed in im, tantummodo græca
In quibus eſt recto non diſsimilis genitiuus.
Quæ dãtur & in in plærunque, vt Naſo Charybdin.

✝ In chis quoque, hoc eſt per c aſpiratum, exeunt nonnulla, vt maſtix, chis. onyx, chis, tomix, chis. dioryx, chis. Duo quoque exeunt in actis. Hippomax hipponactis. Aſtyanax aſtyanactis. Ex Latinis præterea non ſequuntur regulam ſuperius traditam hæc tria, nix niuis, ſenex ſenis, nox noctis. Fitq; datiuus. Quod datiuus terminatur in i, formaturq; à genitiuo ablata s, vt ſermo ſermonis ſermoni.

✝ Accuſatiuus. Quod accuſatiuus terminatur in em, fitque à genitiuo is, mutata in em, vt ſermo ſermonis ſermonem, Excipiuntur pauca quæ mittunt accuſatiuum in im, vt ſitis ſitim, tuſſis tuſſim, vis vim, buris burim, peluis, peluim. Pauca quoque mittentia in em & in im, hæc fere: reſtis reſtem vel reſtim, turris turrem vel turrim. ſecuris ſecurem vel ſecurim, puppis puppem vel puppim, febris febrem vel febrim.

✝ Sed in im. Quod nomina Grȩca habentia genitiuum ſimilem nominatiuo, mittunt accuſatiuum in im, vt Leucaſpis leucaſpim, Araris ararim, Tigris tigrim: ſed hic accuſatiuus Latinus eſt: nam Græcus in in, per n terminatur: vt apud Ouidium: Charybdin Achæi.

Nomen in e, vel in al, vel in ar (modo sit tibi neutrũ)
Exit in i, sexto. Sed in e, per pauca dabuntur,
Far, præneste, iubar, soracteq́; gausape nectar
Mittis in i, menses. Et in as, gentilia iunges.
Et quæ fecerunt vel in im, vel in in, tibi quartum.
Nam quæ dantur in em vel in im, dant i vel e sexto.
Ciuis, auis, nauis, clauis, iungantur & anguis,
Vnguis & amnis, vectis, postis, neptis & ignis,
Strigilis & claßis, pugil & vigil, atque supellex.

✠ Nomen in e. Traditurus regulam generalẽ de ablatiuo tertiæ declinationis, dicturusque quod facit in e, præmittit regulas quasdam per modum exceptionis de nominibus facientibus in i, atque illud imprimis, quod nomina neutra tertiæ declinationis desinentia in e. vel in al, vel in ar, faciunt ablatiuum in i: vt hoc cubile cubili, hoc animal animali, hoc puluinar puluinari. Excipiuntur pauca mittentia ablatiuum in e: far quod facit à farre. Præneste quod facit à præneste: iubar quod facit à iubare. Soracte quod facit à soracte: gausape quod facit à gausape: nectar quod facit à nectare. Mittis in i. Quod nomina mensium vel in er, vel in is desinentia, mittunt ablatiuum in i: vt quintilis à quintili: sextilis à sextili: Aprilis ab Aprili: September à septembri October ab octobri. Nouember à nouembri: & nomina Gentilia in as desinentia: vt Arpinas ab arpinati, Casinas à casinati. Et quæ fecerunt. Quod nomina quæ fecerunt accusatiuum in im, per em, vel in in, per n mittunt ablatiuum in i, vt sitim à siti, tussim à tussi, charybdim à charybdi, quæ vero fecerunt accusatiuum in em, & in im, faciũt ablatiuum in e vel in i: vt restis restem vel restim, à reste vel resti: turris turrem vel turrim à turre vel turri, securis securem vel securim à secure vel securi Ciuis, auis. Quod hæc nomina quæ hic explicantur, plærũque mittunt ablatiuum in i, cum regulariter faciunt in e: vt ciuis à ciue vel ciui: auis ab aue vel aui, & eodẽ modo de cęteris.

Additur his imber. Verbaleq́; quod facit in trix.
Adiectiua trium generum vel in i vel in e pones,
Dummodo neutra per e, non declinet tibi rectus.
Quæ sic declinas, per i, tantum mittere debes.
Degener, atque vber, pauper, cumq́; hospite sospes
Dant ablatiuuos per tantum, plus quoque pluri.
Ast ablatiuus per e tantum cætera mittunt.

† Verbaleque, &cæ. Quod nomina verbalia quæ alij vocãt participialia, faciunt quoque ablatiuum in e vel in i: sed plærunq; in e, raro in i, vt victrix, à ctrice vel ctrici, vltrix ab vltrice vel ci Adiectiua trium. Quod nomina adiectiua tertiæ declinationis à quacunque terminatione mittunt ablatiuum in e vel in i: vt prudens à prudente vel prudenti: concors à concorde vel concordi: inops ab inope vel inopi: audax ab audace vel audaci. Et subdit quod ita demum regula est vera, si non sequatur neutrum genus per e, quod contingit, cum ter minatio nominatiui in is, est communis duorum generum, aut in er, masculinum, aut in is fœmininum, tunc enim ablatiuus in i tantum finitur: vt hic & hæc breuis & hoc breue, à breui: hic acer, hæc acris, hoc acre, ab acri. Aliquando tamen apud autores In e reperiuntur terminata, vt apud Ouid. in epistola Paridis: Fore vt à cœleste sagitta. Quinque tamen nomina quæ hic ponuntur, cum sint communia trium generum, saltem in obliquis, mittunt ablatiuum per e tantum, vt degener à degenere, pauper à paupere, vber ab vbere, hospes ab hospite, sospes à sospite. Plus quoque pluri. Superioribus quoque nominibus ablatiuum in e facientibus annumerat hoc nomen plus, quod in ablatiuo facit pluri. Ast ablatiuus. Quod alia nomina tertiæ declinationis ab ijs quæ superius dicta sunt, mittunt ablatiuum in e: vt pneuma à pneumate: sermo à sermone: sol à sole: titan à titane: pietas à pietate: pax à pace: falx à falce.

Rectus pluralis fit in es. Cui iungito quartum.
Quod si mittis ium, pluralibus in genitiuis,
Accusatiui quandoque per is tibi fient.
Cum dedit i, sextus, per ia, tibi neutra dabuntur.
Collatiua tamen per a, solum mittere debes.
Plus & aplustre, vetusq; adduntur comparatiuis.
Dat genitiuus ium, si fecit in i, tibi sextus.

Rectus pluralis. Quod nomina tertiæ declinationis mittunt nominatiuum, accusatiuum, & ex consequenti vocatiuum plurales in es: is, genitiui singularis mutata in es: vt sermo, onis, hi sermones, patres. Quod si mittis. Quod nomina mittentia genitiuum pluralē in ium: subaudi, quorum genitiuus singularis non crescit super nominatiuum eiusdem numeri, plærunque mittunt accusatiuum in is: vt hic & hæc breuis, accusatiuo breuis, & hac ratione Salustius dixit omneis homines, & Vergil. proportionem sequutus treis notus abreptas.
Cū dedit i, sextus. Quod nomina quæ fecerunt ablatiuū in, ic si sunt neutra) mittūt in plurali tres casus similes in ia: vt hoc animal, ali, alia. Excipiuntur nomina cōparatiua, quæ tametsi fecerunt in i, ablatiuum, non idcirco habent i, ante a, finalem: vt hic & hæc breuior, & hoc breuius, à breuiori, in plurali breuiora. Plus quoque, quod & ipsum comparatiuum est, plura facit, aliquando pluria, sicut & suum compositum, complura, & compluria. Aplustre quoque aplustra facit & aplustria. Vetus, quod facit à veteri vetera.
Dat genitiuus. Quod nomina quæ fecerunt ablatiuum in i, mittunt genitiuum pluralem in ium: vt animal, ab animali, alium. Excipiuntur nonnulla, quæ tametsi fecerunt ablatiuū in i, exeunt non in ium, sed in um, tantum, consonante aliqua præcedenti: vt vigil à vigili, vigilum: pugil, à pugili,

Tolle vigil, pugil, & supplex, opifexq́ue, vetusq́ue.
Artifici, memor, & consors, addatur, inopsq́ue.
Præterquàm pluri, quod comparat, additur illis.
Et quæ de capio componis, iungere debes.
Ablatiuus in e si desinit, um tibi mittit.
Sed per ium dabit as, mas, vas vadis, & caro corq́ue.
Os, nix, nox, Samnis, lis, dis, glis, adde Quiritem,
Et quæ dantur in s, nec crescunt in genitiuo.
Excipias tamen hæc, iuuenis, panisq́ue, canisq́ue:
Quæ monosyllaba sunt, quibus s, b, præuenit aut p,
Et quibus l, aut n, aut r, subit s, subit aut x.

um: supplex, à supplici, ũ: opifex ab opifici, ũ: vetus à veteri, um: artifex ab artifici, ũ: memor à memori, ũ. consors à consorti, um. inops ab inopi, ũ. Et nomina cõparatiua, vt à breuiori, orũ: plus tñ. quod diximus esse cõparatiuũ à pluri, fecit pluriũ. Cõposita quoq; à capio nõ recipiunt i, quamuis fecerunt ablatiuũ in i, vt à participi participũ, à municipi, pũ. ✠ Ablũs in e. q. alia nomina quæ fecerũt ablatiuũ in e, mittũt genitiuũ plural, e mutata in ũ, vt à sermone sermonũ. Excipiũtur aliqua recipiẽtia i ante um, hæc ferè. As ab asse assiũ mas a mare mariũ, vas a vade vadiũ, caro a carne carniũ, cor a corde cordiũ, os ab osse ossiũ, nix a niue niuiũ, nox a nocte noctiũ. Samnis a samnite samnitiũ, lis a lite litiũ, dis a dite ditiũ, glis a glire gliriũ. Quiris a quirite, quiritiũ. Excipiũtur quoq; noĩa desinentia in s, hoc est in es. vel in is, non crescẽtia in gtõ singulari vt ntõ vulpes vulpis a vulpe vulpiũ, ignis ignis ab igne, iũ. iuuenis tñ facit iuuenũ, & panis panũ, canis canũ. ✠ Quæ monos. q. noĩa monosyllaba desinẽtia in s, aut x, habẽtia b, aut p, aut l, aut n, aut r. ante s, vel x, tametsi fecerũt abltũm in e, nihilominus mittũt gtũm plu. in ium, vt plebs a plebe, iũ. seps a sepe, iũ. puls a pulte, iũ. gẽs a gẽte, iũ.

Nomen in es, tantum pluraliter & variatum
Mittit ium, sed & um, penitus si consulis aures.
Atque boum dat bos, sed bobus pone datiuo
Datq; datiuus ibus. Dat atis, sed cum dat a rectus.

¶ De quarta nominis declinatione.

QVarta dat us recto, dat & u, sed dic variari
Plurali tantum Genitiuus in us tibi fiet

ars ab arte, iũ: falx à falce, ciũ: lãx à lãce, ciũ: arx ab arce, ciũ. ✠ Nomen in es, quod nomina declinata tantum pluraliter masc. aut fœm. quæ tantum in nominatiuo plurali terminantur in es, mittunt gtũm in ium: vt manes, ium: penates, ium: lares, ium: sordes, ium: vires, ium. Quæ tamen possunt recipere abscisionem, si aures adiudicent faciendum, consulendo videlicet sonoritati: vt penates penatum pro penatiũ, quod & in aliis fieri conuenit, vt ciuitatum pro ciuitatiũ dicamus prudentum pro prudentium. Deinde subdit, quod hoc nomen bos, in genitiuo plu. facit boum pro bouum, & in datiuo bobus pro bouibus. ✠ Datq; datiuus, quod datiuus plur. atq; ex consequenti ablatiuus huius declinationis terminatur in ibus, vt sermonibus, patribus. Nomina verò Græca in a finita, exeunt in atis, vt peripetasma, atis.

✠ Quarta declinatio.

QVarta dat us. Quòd quarta nominis declinatio terminationes habet nominatiui duas, in us, & in u: vt sensus sensus: manus, us. Sed in u singulari, indeclinabilia sunt, in plurali verò declinantur: vt cornu. u: & in plurali cornua, cornuũ, cornibus: veru. veru: plurali verua veruum verubus. ✠ Genitiuus in us. Quòd genitiuus in us terminatur æqualis nominatiuo in syllabis, sed non in temporibus: vt hic sensus, genitiuo sensus. Apud antiquiores in uis quoque syllabas terminabatur: vt apud Terẽ. Eius anuis opinor causa quę erat mortua.

Sæpe datiuus ui: sed & u, non sæpe reponit.
Accusatiuo dabis um. Dabis u quoque sexto.
Rectus pluralis fit in us: Cui iungito quartum.
Dat genitiuus uum. Sed ibus tu pone datiuo.
Dant ubus hæc tantum, ficus, tribus, arcus, acusq;
Et partus, portus, lacus & quercus, specus, artus.
Cumq; veru, quæstus, quod quisro dat tibi nomen.

De quinta nominis declinatione.

QVinta dat es, tantum rectis. Genitiuus in ei
Atq; datiuus erit. Em quartis. E dato sextis.

✠Sæpe datiuus, Quòd datiuus quartæ declinationis plerūq; terminatur in ui diuisas: vt sensus ui: manus, ui. Aliquando tamen finitur in u: vt currus, dtō curru. Verg. 1. Aeneid. Cur- ruq; volans dat lora secundo. ✠Accusatiuo. Quòd accusati uus in um terminatur: vt sensum, manum. ✠Dabis u quoq; sexto. Quòd ablatiuus in u terminatur: vt à sensu, à manu. ✠Rectus pluralis. Quod nominatiuus pluralis & accusati- uus, atq; ex consequenti vocatiuus eiusdem numeri in us ter- minatur: vt manus, manus, ô manus: sensus, sensus, ô sensus. ✠Dat genitiuus. Quòd genitiuus in uum terminatur: vt sen sus sensuum, manus manuum. ✠Sed ibus. Quod datiuus atq; ex consequēti ablatiuus, in ibus terminatur: vt sensibus à sen- sibus. Quędam tamen non in ibus, sed in ubus exeunt, hęc fe re: ficus, ubus: tribus, ubus: arcus, ubus: acus, acubus: partus, ue bus: portus, ubus: lacus, ubus: quercus, ubus: specus, ubus: ar- tus, ubus: veru, ubus: quęstus, ubus, cū venit à quæro quęris: nam à queror quereris, questus questibus facit.

✠Quinta declinatio.

QVinta dat. Quod nominatiuus quintæ declinationis vnicam habet terminationem in es: vt hic dies res ✠Ge nitiuus in ei terminatur; vt diei, rei. Antiquiores ta-

Rectus pluralis fit in es: Cui iungito quartum.
Erum, ebusq́ dabis genitiuis atq; datiuis.

mē hunc casum, tū in e, tū in es, tum in duplex ij, terminabāt, vt genitiuo die vel dies vel dij. De primo, Verg. 1. Georgic. Libra die somniq́ pares. De secundo, Ennius: Postremæ lōgæq́ dies confecerit horas. De tertio, Pacuuius, Pater supremæ nostræ progenij, pro progeniei. ¶ Datiuus quoque in ei terminatur, vt diei, rei. ¶ Accusatiuus in em, vt diem, rē. ¶ Ablatiuus in e, vt a die, re. ¶ Rectus pluralis. Quod nominatiuus & accusatiuus, atque ex consequēti vocatiuus plurales hui⁹ declinationis, in es terminātur, vt hi dies, hos dies, o dies: hæ res, has res, o res.

¶ Erum, ebus. Quod genitiuus pluralis huius declinationis in erum terminatur, vt dierum, rerum. ✠ Datiuus vero exit in ebus, vt diebus a diebus, rebus a rebus.

DE NOMINIBVS ANOMALIS.
Caput. III.

SVnt quædam nomina quæ dicuntur Anomala, hoc est, irregularia, aut quia mutant genus, aut mutant declinationem, aut carent altero numero, aut deficiunt certis casib⁹ in alterutro numero.

✠ Masculina in neutra.
Mænalus, i: mænala, orum
Ismarus, i: Ismara, orum
Gargarus, i: gargara, orum
Dindymus, i: dindyma, orū
Pangæus, i: Pangæa, orum
Tænarus, i: tænara, orum
Tartarus, i: tartara, orum
Auernus, i: auerna, orum
Pileus pilei: pilea pileorum
Baltheus, i: balthea, orum
Intybus, i: intyba, orum
Sibilus, i: sibila, orum
Supparus, i: suppara, orum
Locus, i: loca, orum, vel loci
Iocus, i: ioca, orum, vel ioci
Cetus, i: cete indeclinabile
Euentus, us: euenta, orum
Iussus, us: iussa, orum
Permissus, us: permissa, orum

¶ Fœminina in neutra.
Paſcua,æ:paſcua,orum.
Carbaſus,i:carbaſa, orum.
Supellex ſupellectilis:ſupellectilia ſupellectiliū.
Pergamus,i:pergama,orū.

¶ Neutra in maſculina.
Porrum,i:porri,orum
Raſtrum,i:raſtri,orum
Cœlum,i:cœli,orum
Argos,i:argi,orum
Frenum, i: freni vel frena, orum.
Capiſtrum,i: capiſtri, orū.

¶ Neutra in fœminina.
Epulum,i:epulæ,arum.
Delicium,ij:deliciæ,arum
Balneum,i:balneæ,arum
Cæpe, indeclinab. cæpe, arum.

¶ Variæ declinationis.
Iugerum,i:iugera.um
Vas,vaſis:vaſa,orum
Penus,penoris:Penus, us
Specus,i:ſpecus,us
Laurus,i:laurus,us
Pinus,i:pinus,pinus
Quercus,i:quercus,cus
Cornus,i:cornus,us
Ficus,fici:ficus,ficus
Colus,i:colus,colus
Domus,i:domus,us
Acus,i:acus,acus
Arcus,i:arcus,us
Faſti,orum:faſtus,us.

¶ Maſculina plurali carentia.
Sanguis, inis. Limus limi
Fumus,i.Fimus fimi
Muſcus,i. Mundus mūdi.
Pontus,ponti
Nemo,inis.Sol,ſolis
Veſper,eris.Carcer,eris

¶ Fœminina plur. carētia.
Auaritia,æ. Amentia, æ
Arena,æ.Bilis bilis
Cholera,æ.
Culpa,æ.caries cariei.
Diligentia,ę.Dementia,ę.
Dies diei pro tempore
Eloquentia eloquentiæ
Fames famis.Fides fidei
Fuga,fugæ.Fama,famæ
Gaza,gazæ.Humus humi.
Infamia,æ.Iuuenta,æ
Indoles indolis
Lues,is.Labes labis
Mors mortis
Negligentia negligentiæ.
Parſimonia parſimoniæ.

Pax,cis. Proles,prolis	Cœnũ cœni. Fœnum fœni
Paupertas,atis. Pix picis.	Fas et nefas indeclinabilia
Pernicies,ciei. Rabies,iei.	halec,ecis. Iusticiũ iusticij
Senecta senectæ	Instar instaris. lœthũ lœthi
Stultitia,tiæ. Salus salutis	Lutũ i. Necessũ & necesse
Strues struis	Nihil,nihilum,nil
Tabes tabis. Tussis tussis.	Pelagus pelagi. Pus puris
¶ Neutra plurali carentia.	Salum sali. Senium senij
Ador indeclinabile	Solium solij. Ver veris
Aeuum æui	Virus viri. Viscum visci
Barathrum barathri	Vitrũ vitri. Vulgus vulgi.

¶Plurali præterea numero caret propria nomina deorũ,hominũ,mõtium,syluarũ,fluuiorũ, insularum, vrbiũ,cęterarumq; rerũ,nisi quę pluraliter declinantur. Dicimus tamen Scipiones,Fabios, Metellos, & eiusmodi propria virorum nomina in numero plurali:sed tunc appellatiua potius, quàm propria dicenda sunt.

Caret quoq; numero multitudinis noĩa elemẽtorũ, vt aër,ignis,aqua,terra,ęther. Et nomina metallorum: vt aurũ,argentũ,plumbũ,stannũ,orichalcũ. Et nomina significantia res liquidas & aridas, quæ in pondus & mensuram referũtur,vt triticũ,tipha, cicer,panicũ, oleum,acetũ,sapa,defrutũ, passum. Quæ tñ nonnunquã pluraliter referuntur,maximè cum illarũ rerũ genera significare volumus; vt cum dixi Vinũ, simpliciter omne vinũ significaui. Cũ verò dixi Vina in plurali,multas vini diuersitates:puta Falernum, Albanum, Fundanum significaui.

¶ Masculina singulari carentia.

Antes antium: Artus artuū
Cancelli, orum. Cani, orū.
Carceres, rum. Caſſes, ium.
Codicicli, orū. Cœlites, tū
Faſti, orū, vel faſtus faſtuū
Fori, rum. Furfures, um
Inferi, orum. Luculi, orum
Liberi, orum
Lemures, ū. Manes, ium.
Maiores, rū. Minores, orū.
Natales, natalium
Optimates, optimatum
Penates, tum. Poſteri, orū.
Primores, primorum
Proceres, procerum
Pugillares, pugillarium
Quirites, quiritium
Sales, ſalium
Superi, ſuperorum
Vepres, veprium.

¶ Fœminina ſingulari carentia.

Argutiæ, argtiarum
Antiæ, antiarum
Antennę, arum
Aedes, ædium
Bigæ, bigarum
Calendæ, calendarum
Ceremoniæ, arum
Copiæ, copiarum
Cunæ, cunarum
Diuitiæ, arum
Dirę, arum
Excubiæ, arum
Exuuię, arum
Exequię, arum
Ferię, arum
Facetię, arum
Fortunæ, arum
Genæ, arum
Gingiuæ, arum
Inferiæ, arum
Inimicitię, arum
Illecebræ, arum
Induciæ, arum
Inſidiæ, arum
Idus, iduum
Lactes, lactium
Latebræ, arum
Literæ, terarum
Minæ, arum
Manubiæ, arum
Nares, rium
Næniæ, nęniarum
Nonæ, narum
Nugæ, arum
Nundinæ, arum
Nuptiæ, arum
Opes, opum
Paleæ, palearum

Paleæ,palearum
Plagæ,plagarum
Præſtigiæ,arum
Primitiæ,primitiarum
Quiſquiliæ,arum
Quadrigæ,quadrigarum
Reliquiæ,reliquiarum
Scalæ,ſcalarum
Sentes,ſentium
Sortes,ſortium
Sordes,ium
Scopæ,arum
Suppertiæ,arum
Tenebræ,arum
Thermæ,arum
Tricæ,arum
Valuę,arum.
¶Neutra ſingulari carẽtia.
Arma,orum
Caſtra,orum
Crepundia,orum
Cunabula,orum
Cibaria,orum
Exta,extorum
Incunabula,orum
Iuga,orũ. Iuſta,orum.

Ilia,iliũ. Luſtra,luſtrorũ.
Magalia,lium
Mapalia,mapalium
Mœnia,mœnium
Præcordia,orum
Sexta,orum
Spolia,liorum
Sſponſalia, ſponſaliorum
Tripudia,orum
Teſqua indeclinabile
Tempe indeclinabile
Tot indeclinabile
Quot indeclinabile
Pondo indeclinabile.
¶Feſtorũ quoque nomina
Vt Saturnalia,orum
Bacchanalia,orum
Vulcanalia,orum
Neptunalia,orum
Lupercalia,orum
Quinquatria,orum
Agonalia,orum
Vinalia,orum
Dionyſia,orum
Et ſimilia,quæ omnia ferè in ium.

¶ Libri quoque eorũ,qui Græcè,aut ad imaginẽ Græcorum opera ſua inſcripſerunt: vt Analectica,corum, Rhetorica,orũ. Oeconomica, œconomicorũ. Ethica, eorũ. Bucolica, Bucolicorum. Georgica, georgicorũ.

Topica,topicorum.Physica,physicorum.

¶Communia sunt trium generum nomina numeralia carentiáq; numero singulari : vt duo, duæ, duo:tres,& tria:quatuor,quinque,sex,& quæ sequuntur , præterquàm vnus vna vnum:quod caret numero multitudinis,nisi cùm iungitur nominibus pluraliter declinatis.Sunt autem omnia indeclinabilia vsq; ad centum præterquam tria illa,hoc est,vnus,vna,vnũ:duo,duæ, duo:tres,& tria.

¶ Singulari præterea numero carent nomina diuidua, siue per certos numeros distributiua,vt singuli, singulæ,singula.Bini,binę,bina.Terni,ternæ terna.Quaterni quaternę,quaterna.Quini,quinæ,quina. Seni senæ sena..Septeni,septenæ,septena. Octoni, octonæ, octona.Deni,denæ,dena.

¶ Nomina certis casibus deficientia.

VOcatiuo carẽt noĩa interrogatiua,vt quis? qualis? quantus?cum interrogatiuè proferũtur.Et nomina infinita:vt quidam, aliquis. Et nomina relatiua.vt,qui,qualis, quantus : cùm aliquid referunt. Et nomina negatiua:vt,nullus, nemo.Et nomina distributiua:vt ambo,vterque,alteruter. Et quæ suprà memorauimus diuidua:vt bini,binæ, bina : terni , ternæ, terna,&c.

¶Os,oris:ius,iuris:rus,ruris:æs,ęris:mare,maris:Et nomina quintæ declinationis,præterquam dięs diei,& rẽs rei:genitiuo,datiuo & ablatiuo numeri pluralis deficiunt.

Satias vel saties,nominatiuũ singularẽ tantũ habet.

Præsto,nominatiuum vtriusq; numeri tantum habet.

Expes, ô expes, nominatiuum & vocatiuum tantum habet.

Fors, ô fors, à forte, nominatiuum & vocatiuum & ablatiuum habet.

Vis, vim, ô vis, à vi, nominatiuum, accuſatiuum, vocatiuum & ablatiuum tantum habet. In plurali vires, virum, viribus, incertum eſt ſit ſiue à vi, ſiue aliunde.

Tabi, à tabo, genitiuum & ablatiuum tantum habet.

Ditionem, à ditione: Laterem, à latere: Vicem, à vice, accuſatiuum & ablatiuum ſingularem tantum habent. In numero plurali integra ſunt duo poſteriora.

Tantundem & tantidem, nominatiuum, genitiuum, accuſatiuum tantum habent in ſingulari.

O macte ô macti, vocatiuum vtriuſque numeri tantum habet.

Sponte, impete, obijce, natu, diu, noctu ablatiuum ſingularis numeri tantum habent.

Suppetias & inficias, accuſatiuum pluralem tantum habent.

Grates, nominatiuum accuſatiuum & vocatiuum numeri pluralis tantum habet.

Opis, opem, ab ope, nominatiuo, datiuo & vocatiuo caret.

Verbere, ablatiuum in ſingulari tantum habet: in plurali verbera, verberum, integrum eſt.

¶ De præteritis Verborum.
Caput. IIII.

Compositi formam simplex & compositiuum
Simplicis obseruat verbum: quod ponis vbiq;
Præter venundo, circundo, do quoq; pessum.
A do compositum declinat tertia: iunges
Quod lauo: quoq; cubo componens mittit in umbo.
Et mico dat micui, sed dimico mittit in aui.
Dat maneo mansi, sed in, e, pro, præ, minui dant.

Compositi. Hæc regula seruit coniugationi verborum, quẽadmodum seruiebat nominũ declinationi: habetq; originẽ à proportione. Nã si cõpertum mihi sit, quod sono facit in præterito sonui, possum colligere, quod ab illo cõpositum resono facit resonui. Atq; è diuerso, si scio q̃ respicio facit respexi, possum coniectare quòd illius simplex specio (quod nõ est in vsu) fecit spexi. Patitur tñ hæc regula exceptionẽ: vt à do, das, quod est primę coniugationis cõposita declinantur per tertiã: vt trado, is. reddo, dis. tria tñ sequuntur rationẽ sui simplicis, venũdo, as: circũdo, as: pessundo, as. Composita quoq; à lauo, as. vt diluo, is, abluo, is: proluo, is. colluo, is. Et à cubo, as. recipientia m literã inter u & b: vt incũbo, is, discũbo, is. nã quæ non accipiunt literam m, rationem simplicis sequuntur: vt incubo, incubas: recubo, as: accubo, as. ✣ Et mico. Quòd hoc verbum mico, as, facit in præterito micui: cõpositũ verò ab illo, dimico, as, facit aui. ✣ Dat maneo. Quod hoc verbũ maneo, es, facit in præterito mansi: composita vero ab illo cum his præpositionibus, in, e, pro, præ, faciunt præteritum in ui solutas: vt immineo, es, imminui: emineo, es, eminui: promineo, es, prominui: prę mineo, es, præminui. Alia composita suum simplex sequuntur: vt permaneo, permanes, permansi: remaneo, remanes, remansi: E maneo quoque facit emansi, quia in compositione non mutat a in i.

Algeo, mulgeo, fulgeo, tergeo, turgeo, iunges
Vrget, & indulget, manet, hæret: sorbeo sorpsi
Siue bui iubeo iußi: quod & ß geminauit.
In xi prætereunt hæc, frigeo, conniueoq;,
Augeo, mulgeo, lugeo, luceo. Quatuor in di
Mittunt præteritum, quæ sunt video, sedeoq;,
Strideo seu strido cum prandeo. Sed tamen addes
Quorum præteriti geminatur syllaba prima:
Hæc sunt mordeo, spondeo, pendeo, tondeo tantum.
A leo siue pleo deductum, mittit in eui:

ui: doleo, es, ui: timeo, es, ui: teneo, es, ui: stupeo, es, ui: terreo, es, ui: denseo, es, ui, niteo, es, tui. In si, vero mittũt præteritum sedecim verba quæ hic ponũtur: ardeo, es, arsi: mulceo, es, mulsi: rideo, es, risi: suadeo, es, suasi: torqueo, torques, torsi: algeo, alges, alsi: mulgeo, mulges, mulsi: fulgeo, fulges, fulsi: tergeo, terges, tersi: turgeo, turges, tursi: vrgeo, vrges, vrsi: indulgeo, indulges, indulsi: maneo manes, mansi: hæreo, hæres, hæsi: sorbeo, sorbes, sorpsi vel sorbui: iubeo, iubes, iussi: quod geminato ss scribitur. ✣ In xi prætereunt. Quod sex verba huius coniugationis mittunt præteritũ in xi: frigeo, friges, frixi, conniueo, conniues, cõnixi: augeo, auges, auxi: mulgeo, mulges, mulxi: lugeo, luges, luxi: luceo, es, xi. ✣ Quatuor in di. Quod quatuor verba reperiuntur mittentia præteritũ in di, ex his quæ non geminãt in præterito primas syllabas: video, vides, vidi: sedeo, sedes, sedi: strideo, es, stridi: prandeo, es, di. Geminantia vero totidẽ sunt, mittẽtia quoq; prẽteritũ in di: mordeo, es, momordi: spõdeo, es, di: pẽdeo, es, di: tũdeo, es, di. ✣ A leo siue pleo. Quod verba cõposita à leo, es: siue pleo, es (quæ nõ sunt in vsu) mittũt p̃teritũ in eui. vt deleo, es, eui: releo, es, releui: depleo, es, eui: repleo, es, eui: suppleo, es, eui. Deinde subiũgit qđ duo verba

Adde fleo, atq; neo. Sed dat cieo tibi ciui.
Dic oleo per ui diuisas: sed veo dat ui.

¶ De præteritis tertiæ coniugationis.

TErtia præteritum diuerso fine reponit.
Dat iacio ieci, facio feci. Tamen exi
Allicio mittit, & pelliceo, illiceoq;.
Quod spicio verbum componit, iungitur illis:
Elicio dat ui diuisas, Meioq; minxi.
Dat fodio fodi. Sed dat fugio tibi fugi.

mittũt quoque præteritum in eui: fleo, fles, fleui: neo, es, eui. Et quod hoc verbum cieo, es, facit ciui: & hoc verbum oleo, es, facit olui p ui vocales solutas. ✝ Sed veo dat ui. Qđ verba huius cõiugationis desinẽtia in ueo, faciũt præteritũ in ui syllabã (hoc est per u cõsonantẽ) vt foueo, es, foui: moueo, es, ui: caueo, es, ui: voueo, voues, voui: faueo, es, ui.

TErtia præteritũ. Quod verba tertiæ coniugationis, plures habent præteriti terminationes, quã primæ & secũdæ, & primo agit de verbis habẽtibus vocalem ante o: deinde de habẽtibus consonantẽ. ✝ Dat iacio. Quod in cio, desinentia verba duo reperiũtur. iacio quod facit ieci: & facio quod facit feci. Sed cõposita à licio, is: & spicio, is (quæ verba non sunt in vsu) exeunt præterita in exi: vt allicio, cis, exi: pellicio, cis, pellexi: illicio, cis, exi: aspicio, cis, exi: conspicio, is, conspexi, respicio, is, exi. De compositis à licio, is, excipitur elicio, quod non elexi, sed elicui facit. Meio præterea facit minxi: quod i consonantem habet ante o. Nam mingo mingis, nescio an vspiam reperiatur, nisi quod in Biblia legitur, Minxit ad parietem.

✝ Dat fodio. Quod in dio, vnũ tãtum reperitur verbũ, fodio, qđ facit fodi. Et in gio, vnũ quoq;: fugio qđ facit fugi.

Dat rapio rapui, Sapio sapui atq; sapiui.
Et quatio quassi, gemino ss. Cupioq; cupiui.
Dat pario peperi, sed dat capio quoq; cepi.
Cœpio non extat, sed cœpi mansit ab illo.
V, si vocalis præuenerit, o tibi purum,
Præteritum per ui diuisas ponere debes.
At fluo dat fluxi, struo, struxi: sed pluo plui.
Si tamen u liquidum præit o, tunc præteritum in xi:
Vt tinguo, linguo, coquo: sed dat linquere liqui.

Et in pio, quinque reperiũtur: Rapio, is, quod facit rapui: Sapio, is, q̃d facit sapui & sapiui: & cupio, is, q̃d facit cupiui: & capio, is, q̃d facit cepi: & cœpio verbũ antiquũ, q̃d facit cœpi, per œ, diph. nã cepi q̃d est a capio, is, nõ habet œ, diph. quanquã sunt qui per æ, diph. scribi pręcipiãt. Sed incipio, is, an a cœpio cõponatur, an â capio, nõ liquet: cum i, breuẽ habeat, videtur à capio, is, cõpositum. Quatio facit quassi: eius cõposita mutãt a in u, percutio, percussi: concutio, cõcussi, &c. Pario facit peperi. Cõposita à Pario habes paulò post vbi agitur de p̃teritis quartę. V si vocalis. V litera in sermone Latino tres habet vsus: q̃m aliq̃n est vocalis, aliq̃n liquida, aliq̃n cõsonans. Dicit igitur imprimis, q̃d verba habẽtia u vocalẽ ante o, mittũt pręteritũ in ui diuisas: vt imbuo, is, imbui: acuo, is, ui: induo, is, ui: ingruo, is, ui. Sed o purũ appellat, q̃d nõ miscetur cõsonãti. Excipiũtur tria verba, duo faciẽtia præteritũ in xi: struo, is, xi: fluo, is, fluxi: & vnum in ui: pluo, is, ui, hoc est u, consonãte, præcedẽte i finali. Quod si præcedit u liquida vocalis, mittũt præteritũ in xi: vt tinguo is, tinxi: linguo, is, linxi: coquo, is, coxi. quid sit literã liquescere, diximus libro quinto, estq; vim suã non retinere. Sed hoc verbum linquo, non linxi, sed liqui facit: ne forte conciderет cum præterito huius verbi linguo linguis.

Quatuor in uo ſunt hæc voluo, ſoluoq; caluo.
In ui præteritum mittentia, Viuoq; vixi.
Bo ſinita dabis in bi. Sed nubere nupſi,
Scriboq; dat ſcripſi, per ui, quæ de cubo ducis.
In ui præteritum mittit, quod deſinit in ſco,
S tamen ablata, de poſco mitte popoſci.
De diſco didici. Sed præteritis caruere
Gliſco cum verbis quæ dicunt Inchoatiua,
Aut certè capiunt à verbis vnde trahuntur.

☞ Verba tñ habẽtia u cõſonantẽ ante o finalẽ, quatuor repe riuntur in ui ſyllabã: vt voluo, is, volui: caluo, is, calui: & vnũ in xi: vt viuo, viuis, vixi. ☞ Bo finita. Agit de verbis habẽtibus cõſonãtẽ ante o, & primò de habẽtibus b, deinceps de reliquis cõſonantibus. Dicit igitur qđ verba deſinẽtia in bo, mittũt præteritũ in bi, vt bibo, is, bibi: ſcabo, is, bi. glubo, is, bi. Excipiũtur duo mittẽtia præteritũ in pſi: nubo, is, nupſi, ſcribo, is, pſi. Cõpoſita verò à cubo, as (q̃, vt diximus, cũ reci piũt m literã, reducũtur ad tertiã cõiugationẽ) in præterito amiſſa m, faciũt bui, queadmodũ ſuũ ſimplex, vt incũbo, is, incubui, ſuccũbo, is, ſuccubui, recũbo, is, cubui. ☞ In ui præte ritũ. Quòd verba deſinẽtia in ſco, ablata ſ, mittunt præteritũ in ui ſyllabã: vt cõcupiſco, is, cõcupiui: aſciſco, is, aſciui: deſciſco, is, deſciui. cõſciſco, is, cõſciui. Excipitur hoc verbum poſco, quod facit popoſci: & hoc verbũ diſco, quod facit didici, cũ compoſitis ſuis (vt in principio huius capitis diximus) vt addiſco, is, addidici: dediſco, is, dedidici. Sed verba Inchoatiua vulgo appellata, quæ Valla dicit continuum incrementum ſignificare, carent præteritis, atq; ex conſequenti ſupinis, aut mutuantur ea à ſuis primitiuis: vt tepeſco, is, tepui: frigeſco, is, xi. Gliſco, quod ipſum inchoatiui formam habet, præterito etiam caret. Hoc præterea verbũ compeſ-

Compeſco dat ui, diſpeſco iungitur illi.
At conquiniſco conquexi mittere debes.
Ico dat ici, vincoq; vici, parco peperci,
Seu parſi, dico dat dixi, ducoq; duxi.
O mutatur in i, ſi verbum deſinit in do.
N tamen amittunt tria, ſcindo, findoq;, fundo.
Sed geminat tundo tutudi, cædoq; cecidi,
Pendo pependi dat, cecidi cado, pedo pepedi,
Atq; tetendi dat tendo. Sed di geminatur,
A do compoſitis: his credo, vendoq; iunges:

co, is, facit compeſcui, & diſpeſco, is, diſpeſcui. Et hoc verbum conquiniſco, quod mittit in præterito conquexi. Pomponius apud Priſcianum libro decimo. *A*ccesſi (inquit) ad patrem, prendi manum, in terra vt accubabat nuda: ad eum vt cōquexi, interim mulieres cōſpiciunt. Ico quoq; facit ici: & vīco vincis vici, & parco parcis peperci ſiue parſi: & dico dicis dixi: & duco ducis duxi. ✣ O mutatur. Quod verba deſinentia in do, faciunt præteritum in di, o mutata in i: vt ſcando, is, ſcandi. pando, is, pandi. defendo, is, di. offendo, is, offendi. Deinde dicit, quod tria verba faciētia præteritū in di, amittunt n literam in præterito. ſcindo, is, ſcidi. findo, is, fidi. fundo, is, fudi. *S*ex præterea verba geminant primas ſyllabas, tundo tundis tutudi, cædo, is, cecidi. pendo pendis pependi, cado cadis cecidi, pedo pedis pepedi, tendo, is, tetendi. Compoſita quoq; à do, das, dedi, geminant in præterito di. vt addo addis addidi. perdo perdis, perdidi, trado, tradis tradidi, & addit duo verba, quæ etiam à do das compoſita ſunt, ſed ideo exprimuntur, quia de illorum cōpoſitione poterat quis dubitare, ea ſunt, credo credis credidi creditum, quaſi cretum do, vendo vendis vendidi, quaſi venum do.

In si, prætereunt hæc: claudo, diuido, plaudo,
Et ludo, lædo cum rado, rodoq; trudo,
Et vado, cudo dat cußi, cedoq; ceßi.
In go quod verbum finitur, præterit in xi:
Spargo sparsi, mergo mersi, tergoq; tersi,
Et vergo versi prædictis iungito verbum.
Egi mittit ago, lego, frango, pangoq; iunges
Quod dedit & pepigi vel panxi, pungoq; punxi.
Sed dabit & pupugi: tetigi sed dat tibi tango.
A veho dic vexi, sed de traho dicito traxi.

¶ In si. Quod vndecim verba quæ hic ponuntur, mittunt præteritum in si, claudo claudis clausi, diuido diuidis diuisi, plaudo plaudis plausi, ludo ludis lusi, lædo lædis læsi, rado radis rasi, rodo rodis rosi, trudo trudis trusi, vado vadis vasi, cudo cudis cußi, cedo cedis ceßi, quæ duo vltima geminant ss.

¶ In go. Quod verba huius coniugationis finita in go, mittunt præteritum in xi, vt figo figis fixi, cingo, gis, xi, pũgo, pungis, xi. tingo tingis tinxi, fingo fingis finxi, ango angis anxi. Excipiuntur quatuor verba facientia præteritum in si, spargo spargis sparsi, mergo mergis mersi, tergo tergis tersi, vergo vergis versi, sed secundum Diomedem verxi facit. Tria quoque faciunt in egi, ago, is, egi. lego, is, legi. frango frangis fregi, pango pangis pepegi, quod etiam facit pepigi & panxi per regulam, pungo quoque per eandem regulam facit punxi, facit quoque pupugi, & tango tangis tetigi.

¶ A veho. Quod in ho, duo tantum reperiuntur verba, veho, is, quod facit vexi, & traho, is, quod facit traxi.

Lo finita, lui mittunt: dat fallo fefelli,
Et pello pepuli, tollo tetuli dedit olim.
Percello tibi dat perculsi, perculeratq́ꝫ:
Exculit excello, de sallo dicito salli:
Vello dat velli vel vulsi, psalloq́ꝫ psalli.
Mo, tibi mittit ui, diuisas. Sed dabis in psi
Quatuor hæc, como cum demo, sumoq́ꝫ promo.
S duplici pressi premo dat, sed emo facit emi.
Pono dat posui, gigno genui, ceciniq́ꝫ

✠ Lo finita. Quòd verba huius coniugationis desinentia in lo, mittunt præteritũ in lui: vt molo, is, ui: colo is, lui: volo vis, lui. Excipiũtur aliqua verba aliter præteritũ faciẽtia: ea sunt, fallo, is, fefelli: pello, is, pepuli: tollo, is, q̃d apud antiquiores facit tetuli: apud iuniores suppletur â suo cõposito substollo, stuli. Percello, is, quod duplex habet præteritum perculsi & perculi, sed posuit plusquam perfectũ pro præterito: nam perculerat, ab eo quod est perculi formatur. Excello quoque facit exculi, & per regulam excellui. & sallo, is, li, pro eo quod est sale condire: & vello vellis, facit velli vel vulsi. Et psallo psallis, verbum Græcũ, pro eo quod est canto, facit psalli. ✠ Mo tibi mittit. Quòd verba huius coniugationis desinentia in mo, mittunt præteritum in ui diuisas: vt vomo vomis vomui; tremo tremis tremui, fremo fremis fremui, gemo gemis gemui. Excipiũtur quatuor verba mittentia præteritum in psi: como comis compsi, demo demis dempsi, sumo sumis sumpsi, premo promis prompsi. Et subdit, quòd hoc verbum premo facit pressi, cum duplici ss: & hoc verbum emo, quod facit emi. ✠ Pono dat. Quod ex verbis in no desinentibius, pono, is, facit in præterito posui & gigno gignis facit genui: & cano canis, facit cecini. sed ab illo composita (quemadmodum in principio huius capi

Dat cano, sed per ui, quæ componuntur ab illo.
Temno dat tempsi, sino siui, cernoq́; creui,
Et sperno spreui: sed sterno mittit in aui.
De lino dic lini vel liui, dic quoq́; leui.
In po pauca dabis mittentia præteritum in psi.
Sed strepo dat strepui, de rumpo fit tibi rupi.
Dat verro verri vel versi, dat gero geßi:
Mittis ab vro vßi: de curro mitte cucurri.
Quæro quæsiui, tero triui: dat sero seui,

tis diximus) mittunt præteritum in ui diuisas: vt præcino, is, nui: occino, is, nui: concino, is, nui. Temno temnis facit tempsi: & ab eo compositum contēno facit cōtempsi: & sino sinis siui: & cerno cernis creui, quod est cōmune præteritum ei, quod est â cresco crescis, creui. sperno quoq; facit spreui. sterno straui: lino linis, triplex habet præteritum, lini, & liui, & leui. ✣ In po. Quod in po desinentia verba huius coniugationis pauca reperiuntur, eaque mittunt præteritum in psi, hæc ferè. Carpo carpis carpsi, serpo serpis serpsi, repo repis repsi, scalpo scalpis scalpsi, clepo clepis clepsi. Excipiuntur duo verba, strepo strepis, quod facit strepui: & rumpo rumpis, quod facit rupi. ✣ Dat verro. Quod ex verbis huius coniugationis desinentibus in ro, verro verris, facit verri vel versi: & gero geris, facit gessi, per duplex ss: & vro vris, facit vssi, per duplex quoque ss: & curro curris, quod facit cucurri: & quæro quæris, quod facit quæsiui: & tero teris, quod facit triui: & sero seris, quod facit seui.

Cuius compositum per ui mittatur & eui:
So tibi dat siui. Tria dant si, viso, capesso,
Atque facesso: sed de pinso pinsuit exit.
Xi duo dant, plecto cum flecto, sed duo dant xi,
Siue xui: necto cum pecto, quod dat & iui.
Dat mitto misi, de verto ponito verti.
Stertuit à sterto, meto messuit, atque petiui
A peto: sed sisto stiti mittit, steteratq́ꝫ.
Nexo præteritum per ui dat: Texoq́ꝫ iunges.

Cuius composita duplicia habent præterita, per ui diuisas (quemadmodum & suum simplex apud antiquiores habuit serui) & in eui: vt consero conseris, serui vel conseui: insero inseris, inserui vel inseui: assero asseris asserui vel asseui. Cætera vero composita per ui diuisas tantum mittunt: vt desero deseris deserui: dissero disseris disserui.

So tibi. Quod huius coniugationis verba desinentia in so, mittunt præteritum in iui: vt accerso. is. iui. arcesso. is. iui: lacesso. is. iui. quæso. is. iui. Excipiũtur tria verba faciẽtia præteritum in si. viso visis visi, capesso capessis capessi: facesso facessis facessi: sed pinso pinsis facit pinsui.

Xi, duo dant. Quod huius coniugationis verba desinentia in cto, duo mittunt præteritum in xi: plecto plectis plexi: flecto flectis flexi. Duo quoque mittunt in xi. siue xui, necto nectis nexi, vel nexui. pecto pectis pexi, vel pexui, quod etiã reperitur facere pectiui. Hoc quoque verbũ mitto, facit misi, & verto facit verti, sterto, facit stertui: meto metis messui, & peto petis facit petiui. sisto, cũ est actiuum facit stiti: cum vero est absolutum, facit steti.

Nexo. Quod huius coniugationis verba duo reperiũtur desinentia in xo, mittentia præterirum in ui diuisas. nexo nexis nexui, texo texis texui.

¶ De præteritis quartæ coniugationis.

QVartæ præteritum prope ſemper mittit in iui.
In xi, prætereunt duo, ſancio, vincio tantum,
Dat ſalio ſalui, micui facis ex amicire.
Sepio dat ſepſi, ſed ab haurio mittitur hauſi.
Quorum præterita plerunque reponis in iui.
Fulcio, ſarcio, farcio, raucio, ſentio, dant ſi.
Et venio veni. Sed quæ pario tibi format,
Præteritum per ui diuiſas mittere debent.
Comperio dat eri, cui iungitur & reperire.

QVartę præteritum. Quod quartæ coniugationis verba propè ſemper mittunt præteritum in iui. vt audio audis audiui. nutrio nutris nutriui. ſcio ſcis ſciui. parturio parturis parturiui. Duo facientia præteritum in xi. ſancio ſanxi. vincio vinxi. Et duo quoque facientia in ui diuiſas, ſalio. is. ui. & amicio amicis amicui. Duo præterea faciētia in ſi. ſepio is. ſepſi. haurio. is. hauſi, quæ omnia nonnunquam exeunt in iui, per regulam. vt ſancio ſancis ſanciui. vincio vincis vinciui. ſalio ſalis ſaliui. amicio, is, iui. ſepio ſepis ſepiui. haurio hauris hauriui.

Fulcio. Quod quinque huius coniugationis verba, vltra duo ſuperiora mittūt pręteritum in ſi. fulcio fulcis fulſi. ſarcio ſarcis ſarſi. farcio farcis farſi. raucio rancis rauſi. ſentio ſentis ſenſi. Sed hoc verbum venio venis facit veni. Compoſita vero a pario paris, mittunt præteritum in ui. diuiſas, vt aperio aperis aperui, opperio opperis opperui, cooperio cooperis cooperui. Duo tamen mittunt in eri, comperio comperis comperi, reperio reperir reperi.

¶ De supinis verborum: Cap. V.

PRæteritis in bi,tum iuncta,pone supinum.
In ci finitis,ctum debes ponere semper.
Dat parsi parsum:per itum sed mitte peperci.
Ex di præteritis in sum transmitte supina,
Dum Deo præsentis dio vel do in sum varietur.
S geminat sedeo sessum,fodio quoque fossum,
Scindoq́ꝫ scissum,findoq́ꝫ fissum, pandoq́ꝫ passum
N tamen amittunt, cum fundo tundoq; tusum.
Dat tamen & tunsum:de tendo dicito tensum,
Vel tentum:sed edo dabit estum, mittit & esum.

PRæteritis in bi.Quòd verba quæ fecerunt prçteritũ in bi, faciunt supinũ super bi,assumpta tũ:vt bibo bibis bibi bibitum:glubo glubis glubi glubitũ. ✠In ci.q, verba quæ faciunt prçteritũ in ci,faciunt supinũ in ctũ:vt facio facis feci factum,iacio iacis ieci iactũ: tamen hoc verbũ parco(quod duplex habet præteritũ) ab eo quod est parsi facit parsum, ab eo quod est peperci facit parcitũ. ✠Ex di.q, verba facientia præteritũ in di,faciũt supinũ,deo vel dio vel do præsentis mutata in sum:vt mordeo mordes momordi morsum,tõdeo tondes totondi tonsum,fundo fundis fudi fusum,scando scandis scandi scansum. Deinde dicit, q, quinque verba geminant in supino s literam:sedeo sedes sedi sessum:fodio is,fodi fossum:scindo,is,scidi scissum:findo findis fidi fissũ: pando pãdis pandi passum.Sed tria hæc posteriora cũ duobus quæ sequũtur(hoc est fundo & tũdo) amittũt in supino n literã:vt fundo fusum,tũdo tusum ,quod etiã aliquando retinet n,vt tundo tunsum.Deinde subdit quòd hoc verbum tendo,tendis,tetẽdi,duplex habet supinum,tensum vel tentum.& hoc verbum edo edis edi;habet estum vel esum.

A do pone datum: sed quæ componis ab illo,
(Si non sunt primæ) per itum misêre supinum.
Actum mittit ago, cum pango, tangoq́ue, frango.
Dat fugitum fugio, lego lectum, pungoq́ue punctum.
Dat fallo falsum: sallo salsum atq; salitum:
Vello vulsum, pello pulsum, tolloq́ue latum:
Percello culsum dabit, excello quoq́ue celsum.
Emptum mittit emo, venio ventum, cano cantum.
Et rumpo ruptum: capio cum cœpio dant ptum.

Dicit præterea quòd hoc verbum do das dedi, facit in supino datũ. Composita verò ab illo, quæ declinantur per tertiam coniugationẽ, mittunt supina in itũ: vt addo.is.addidi additum: trado.is.tradidi, itum. Et duo quoq; de quibus diximus non liquere, an essent à do composita. credo.is.credidi creditum: vendo.is.vendidi venditũ. ✠ Actũ mittit ago. Quòd ex verbis facientibus præteritum in gi. ago agis egi, facit actum. & pango pangis pepigi pactũ, & tango tangis tetigi tactum, & frango frangis fregi facit fractũ, & fugio fugis facit fugitũ, & lego legis facit lectũ, & pungo pũgis punxi facit punctum. ✠ Dat fallo. Quòd ex verbis quæ fecerunt præteritum in li, fallo fallis fefelli facit falsum: sallo sallis salli salsum, siue salitum: vello vellis velli vulsum, pello pellis pepuli pulsum, tollo tollis tetuli latum, percello, percellis perculsi perculsum. Excello excellis excului excelsum. ✠ Emptum mittit emo. Quòd ex verbis quæ fecerunt præteritum in mi, vnum tantum reperitur: emo emis emi, cum suis cõpositis, quæ faciũt emptũ. Et in ni, duo, venio venis, cũ suis cõpositis, facit ventũ. Et cano canis cecini, quod facit cantũ. ✠ Et rũpo ruptũ. In pi, tria verba mittũt præterita, rũpo.is.rupi: quod facit ruptũ: capio.is.cepi qđ facit captũ: cœpio.is.cœpi, à quo tantũ est in vsu præteritum cœpi: & tẽpora quæ formantur ab eo, facitq́; in supino cœptum.

Dat linquo lictum, cui iunges compositiua.
De curro cursum, de verro, ponito versum.
Dat pario paritum vel partum: compositumq́;
Quod venit à pario semper mittatur in ertum.
In si, præteritum plærunq; reponitur in sum.
S geminat missum de mitto, cedoq́; cessum:
Et cudo cussum, iubeo iussum: premo pressum.
Indulsi indultum dat & indulsum: gero, gestum:
Tortum vel torsum dat torqueo, at uro dat ustum.
Sarcio sartum, farcio fartum, fulcio fultum.
Haustum vel hausum dedit haurio, cãbio cãpsum.

☞Dat linquo. q, hoc verbũ linquo cũ suis cõpositis mittunt supina in ctũ. vt linquo lictũ, quod non est in vsu: sed in compositis reperitur: vt delinquo delictum, relinquo relictum. ☞De curro, q, ex verbis faciẽtibus præteritũ in ri, curro, is, cucurri, facit cursum. pario, is, peperi partũ vel paritum. Sed cõposita ab illo, semper faciunt supinũ in ertũ. vt reperio, is, reperi, repertũ. cõperio, is, cõperi, cõpertum: etiã ab iis quę miserũt præteritũ in ui diuisas: vt aperio, is. aperui, apertum operio, is, operui, opertum. ☞In si præteritũ. q, verba mittẽtia præteritũ in si, faciunt supina in sum. vt ludo. is lusi. sum: claudo. is. clausi, sum: ardeo. es. arsi, arsum. Sed hoc verbum mitto. is. facit in præterito, misi: & in supino missum per duplex ss. & cedo. is. cessi. cessum: & cudo. is. cussi. cussum: iubeo. es. iussi. iussum: & premo. is. pressi. pressũ: omnia p duplex quoq; ss. Deinde subdit, q, hoc verbũ indulgeo indulges indulsi facit indultũ vel indulsum: & q, hoc verbum torqueo torq̃s torsi facit tortũ vel torsum. & vro vris vsi, vstũ: sarcio, sarcis, sarsi, facit sartũ: & farcio farcis farsi fartum: & fulcio fulcis fulsi fultũ. & haurio. is. hausi haustũ vel ausum: & cãbio cãbis, cuius præteritum est in dubio, facit cãpsum.

Quòd si præteritum dat psi, ptum pone supino.
Statum siue statum dat sto cum sisto: sed illud,
Quòd sto componit, dat itum, quandoque dat atum.
Quæ tibi dat sisto, per itum misere supina,
Vertoq́ dat versum De xi, ctum, mitte supinum.

¶ Quòd si præteritum. Quòd verba facientia præteritum in psi, mittũt supina in ptum: vt scribo scribis, scripsi scriptum: carpo carpis carpsi carptum: scalpo scalpis scalpsi scalptum.

¶ Statum siue statum. Quòd hoc verbum sto stas, facit steti, & in supino statum prima indifferenti: quod significatur, cum dicit statum prima lõga, & statum prima breui. quam rationem sequitur hoc verbum sisto, sistis: sed status stata statum, semper breuiatur. Staturus statura staturum, semper producitur. Composita vero à sto stas, si mutant a in i in supino, penultima breuiatur: vt consto constas constiti constitum, præsto præstas præstiti præstitum, insto instas institi institum. Si non mutant a in i, producunt: vt consto constas constiti constatum, præsto præstas præstiti præstatum, insto instas institi instatum. Composita vero à sisto sistis, breuiant penultimam: vt circunsisto circunsistis circunstiti circunstitum: assisto assistis astiti astitum. Sisto sistis stiti, cum actiuum est, ego non abnuerim habere supinum in atũ, sed prima producta: vnde est stator statoris: pro eo qui sistit aliquem in loco vel coram magistratu: sed de syllabarũ quantitate alterius loci est disputatio.

¶ De xi. ctum. Quod verba quæ fecerũt præteritum in xi, mittunt supinum in ctum. vt viuo viuis vixi victum: dico dicis dixi dictum: diligo diligis dilexi dilectum.

N Tamen amittunt hæc: pingo, ſtringoq́ fingo
Ringoq́ cum meio: ſunt qui dicant quoq; mingo,
Necto, fluo, figo cum plecto, flectoq́ dant xum.
Mittit itum, quod ui diuiſas præteritum dat,
Sed necui nectum: fricui frictum: ſeco ſectum:
Cenſeo cenſum, miſceo mixtum, torreo toſtum:
Et doceo doctum, teneo tentum, pateoq́
Dat paſſum, careo cariturus, dat quoq́ caſſus.
Si præſens dat uo diſiunctas, exit in vtum.

Sunt tamen quædam verba, quę tametſi per regulam mittũt ſupina in ctum, amittunt n literam: hæc ſcilicet, pingo, pingis, pinxi, pictum: ſtringo, ſtringis, ſtrinxi, ſtrictum: fingo, fingis, finxi, fictum: ringo, ringis, rinxi, rictũ: meio vel mingo, mingis, minxi, mictum. Deinde dicit quod quinq; verba facientia præteritum in xi, mittunt ſupina in xum: necto, is, nexi, nexum: fluo, is, fluxi, fluxum: figo, figis, fixi, fixum: plecto, is, plexi, plexum: flecto, flectis, flexi, flexum. ☞ Mittit itũ. Quod verba facientia præteritum per ui diuiſas, mittunt ſupina in itum: vt domo, as, domui, itũ: noceo, es, nocui itum: vomo, is, ui, itum. Excipiuntur quædam verba aliter facientia ſupinũ. hęc videlicet, neco, as, ui, nectũ: frico, as, ui, ctum: ſeco, as, ſecui, ſectũ: cẽſeo, es, cenſui, cenſum: q̃d etiã ex proportione facit cẽſui, cẽſitum per regulam. miſceo, miſces: miſcui, mixtum: torreo, res, torrui, toſtum: doceo, ces, cui, doctum: teneo, es, nui tẽtum: pateo pates, patui paſſum: careo, es, rui, caritum vel caſſum. Sed à caritu fit participium futuri cariturus: à caſſu fit participium præteriti caſſus.

☞ Si præſens. Quod verba in præſenti habentia uo diuiſas, mittunt ſupina in utum, vt, imbuo, is, imbui, utum: acuo, is, acui, utum: induo, is, indui, utũ. Deinde dicit, quod hoc ver-

Sed ruitum semper ruo dat: quæ ducis ab illo,
Dat tibi semper utum. rapio raptũ, meto messum
Consulo consultum, colo cultum, excelloq; celsum
Deq; alo dic alitum, dat & altũ: est occulo cultũ
Pinsoq; pistum, texoq; textum, nexoq; nexum.
Pectoq; dat pexus & pectitus. Et tamen entum,
Quod cano componit: pario et sero mittit in ertum.
Amicui dat ctum, dat amixi, datq; amiciui.
In ui præterito, ui semper vertitur in tum.

Deinde dicit, quod hoc verbum ruo, is, per regulam superius traditam facit ruitum: ab illo tamen composita omnia faciunt in utum: vt obruo, is, rui, obrutum: diruo, is, dirui, utum: eruo, is, ui, utum. Deinde subdit, quòd hoc verbum rapio, is, pui, facit raptum: & meto, is, ssui, ssum: & consulo, is, ui, tum: & colo, is, ui, tum: & excello, is, ui, celsum: & ab alo is, ui, per regulam facit alitum: sed cum facit altum, excipitur à regula, & occulo, is, ui, facit occultum: & pinso, is, ui, facit pistum: texo, is, ui, facit tum: & nexo, is, ui, facit nexũ: & pecto, is, xui, facit pexum & pectitum. Sed composita à cano, is, que diximus facere præteritum in ui diuisas, mittunt supina in entum: vt accino, is, ui, entum: concino, is, nui entum: occino, is, ui, entum. Composita quoque à pario, is, & à sero, is, faciunt supina in ertum: vt cooperio, is, ui, rtũ: aperio, is, aperui, ertum: assero, is, rui, ertum: consero, is, ui, ertum. Deinde subiungit, quòd hoc verbum amicio, amicis amicui, vel amixi vel amiciui; semper facit in supino amictum. ✠In ui præterito. Quòd verba facientia præteritum in ui, faciunt supina, ui murata in tum: vt amo, as, amaui, atũ: foueo, es, foui, tũ, cupio, is, cupiui, cupitũ: audio, is, iui, itũ. Excipiuntur quædam aliter exeuntia: poto, potas, potaui, potum: lauo, lauas, laui vel lauaui lotum: quæ & ipsa ali=

Poto dat potum, lauo lotũ, & vtrumq; dat atum.
Et caueo cautum, faueo fautum: sed adultum
Mittitur ex adolet: de pasco mittito pastum.
Dat gnitus, agnosco, cognoscoq;: dat sero satum:
Insitus inseui, conseui consitus. Atqui
Dant utum soluo cum voluo, veneo venum,
Et salio saltum, mittit sepelire sepultum.

quando per regulã faciunt potatũ & lauatũ. Caueo, es, ui, facit cautum: & faueo, es, faui, facit fautum: & adoleo ado les, adoleui, facit adultum: & pasco pascis paui facit pastũ. ✠Dat gnitus. Quòd hæc verba agnosco, is: cognosco, is: faciunt cognitus & agnitus: hoc est, agnitum & cognitum in supino. Et sero, is. facit satum: duo tamen ab illo composita insero, is, inseui, in supino facit insitum: & consero, is, conseui, facit consitum. Deinde subdit, quòd hoc verbũ soluo soluis solui facit in supino solutum: & voluo, is, volui facit volutum: & hoc verbum veneo, is, veniui, facit in supino venum: & hoc verbum salio salis salui vel saliui, facit saltum. & hoc verbũ sepelio, is, sepeliui, facit sepultũ.

✠DE SVPINIS VERBORVM. Deponentium & Communium. Caput. VI.

DEponentium & Communium. Superiores regulæ traditæ sunt de supinis verborum vocis actiuæ, quorum notitia pendet à præterito perfecto Indicatiui modi: quo cum verba deponentia careant, ostẽdit qua ratione supina illorum inueniri possint. Ea autem est: vt ex analogia fingamus vocem actiuam; & ita perueniemus ex regulis præteritorum ad agnitionem supinorum.

DEponentiũ & cõmunium verborum supina fiunt ex ꝓportiõe vocis actiuæ: vt læ tor, aris: læto, as, aui, atũ. Vereor, eris: vereo, es, rui, itum. Fungor fungeris, fungo, fun

git,funxi,functum.
❧Pauca tamen quæ sequuntur,aliter exeunt.
Reor reris ratum.
Misereor misereris misertũ.
Fatior fateris fassum.
Gradior graderis gressum.
Patior pateris passum.
Loquor loqueris locutum.
Sequor sequeris secutum
Fruor,eris,fruitũ vel frutũ.
Labor laberis lapsum.
Cõminiscor,eris,cõmentũ.
Proficiscor,ceris,profectũ.
Nanciscor,sceris,nactum.
Paciscor pacisceris pactum.
Adipiscor,ceris adeptum.
Vlciscor vlcisceris,vltum.
Obliuiscor,sceris,oblitum.
Expergiscor expergisceris experrectum.
Defetiscor,tisceris defessum
Quero queris questum.
Vtor vteris vsum.
Nitor niteris nisum vel nixũ
Complector,ecteris,exum.
Amplector,ecteris,lexum.
Tueor,tueris,tutum vel tuitũ
Tuor,tueris,tutum vel tuitũ.
Ordior,diris,orsum vel ditũ
Experior experiris expertũ
Metior metiris mensum.
Morior moreris, mortuus, moriturus.
Orior,eris,vel iris,ortus,iturus
Nascor,sceris,natus,sciturus

❧Verba Actiua,supinis carentia. Caput. VII.

ARceo arces arcui.
Vrgeo vrges vrsi.
Timeo times timui.
Metuo metuis metui.
Luo luis lui.
Respuo respuis respui.
Lingo lingis linxi.
Linquo linquis liqui.
Caluo caluis calui.
Lambo lambis lambi.
Scabo scabis scabi.
Compesco,is,compescui.
Dispesco,is,dispescui.
Disco discis didici.
Scando scandis scandi.
Ango angis anxi.
Ambigo,is,ambegi.
Tollo tollis tetuli.
Psallo psallis psalli.
Cerno cernis creui.
❧Neutra,supinis carentia.
Aestuo æstuas æstuaui.
Ardeo ardes arsi.
Strideo strides stridi.
Fulgeo fulges fulsi.
Turgeo turges tursi.
Lugeo luges luxi.
Frigeo friges frixi.
Conniueo,es,connixi.
Conquinisco,is,conquexi.

Sido, is, sidi. Rudo, is, rudi.
Dego degis degi.
Satago satagis sategi.
Sterto stertis stertui.
Obedio obedis obediui.
Et verba secundæ cōiugationis mittentia præteritū in ui syllabas, præter hæc sex verba.
Placeo, es, placui placitum
Noceo, es, nocui nocitum.
Valeo, es, valui valitum.
Doleo, es, dolui dolitum.
Soleo soles, solui solitum.
Pateo pates, patui passum.
Deponētia supinis carētia
Reminiscor reminisceris.
Vescor vesceris.
Medeor mederis: liceor, eris
Liquor liqueris.
Opperior opperiris.
Carēt etiam supinis verba præteritis carentia: vt
Aio ais. Ferio feris.
Furio furis. Glisco gliscis.
Et verba quæ dicūtur inchoatiua, vt pallesco, is: turgesco turgescis: tepesco, is.

De varietate quadam verborum. Caput IX.

VErba diuersis cōiugationibus declinata sunt,
Lauo lauas: Lauo lauis.
Arto artas: Artio, is.
Sono sonas: Sono sonis.
Denso densas: Denseo dēses.
Et composita à cubo, as, vt
Accubo, as: accumbo, is.
Procubo, as: procumbo, is.
Recubo, as: recumbo, is.
Succubo bas: succūbo, is.
Nexo nexas: nexo nexis.
Strideo strides: strido stridis
Fulgeo fulges: fulgo, is.
Tergeo, extergo, is.
Claudeo, es: claudo, is.
Conniueo, es: conniuo, is.
Caueo caues: cauo cauis.
Rideo rides, rido ridis.
Excelleo, es: excello, is.
Cieo cies: cio cis.
Pario, is: parere & parire.
Potior poteris & potiris.
Orior oreris & oriris.
Morior moreris & moriris.
Verba diuersarum cōiugationum, sed diuersi generis.
Albo albas: abeo albes.
Duro, as: durio, es.
Liquo liquas: liqueo liques.
Liquesco, scis: liquor, eris.
Miseror, aris: misereor, eris.
Medico, as: medeor, eris.
Tueor, eris: tutus vel tuitus.
Tuor, eris: tutus vel tuitus.
Verba variæ significationis et diuersarū cōiugationū
Mando mandas: mando, is.

Fundo fundas: fundo, is.
Dico dicas: dico, is.
Prædico, as: prædico, is.
Abdico, as: abdico, is.
Volo volas: volo vis.
Lego legas: lego legis.
Sero seras: sero seris.
Educo educas: educo, is.
Appello, as: appello, is.
Compello, as: compello, is.

✠ Eadem præterita à diuersis instantibus.

Aceo, es, acui. acuo, is, acui.
Frigeo, es, frixi. frigo, is, xi.
Luceo, es, luxi. lugeo, es, xi.
Fulgeo, es, fulsi. fulcio, is, si.
Paueo, es, paui. pasco, is, aui.
Pendeo, es, di: pendo, is, di.
Cerno, is, creui: cresco, is, ui.
Fero fers tuli: tollo, is, tuli.
Sto stas steti. sisto, is, steti.

✠ Præterita duplicia ab eodem verbo.

Plico, as, plicui vel plicaui.
Neco, as, necui vel necaui.
Lauo, as, laui vel lauaui.
Sorbeo, es, sorpsi vel sorbui.
Sapio, is, sapui vel sapiui.
Parco, is, peperci vel parsi.
Pango, is, pepigi vel panxi.
Pungo, is, pupugi vel punxi.
Vello, is, velli vel vulsi.
Lino, is, lini vel liui vel leui.
Sino, is, sini vel siui.
Verro, is, verri, vel versi.
Necto, is, nexui vel nexi.
Pecto, is, ui, vel xi, vel pectiui
Sanxio, is, sanxi vel sanciui.
Vincio, is, vinxi vel vinciui.
Salio, is, salui vel saliui.
Amicio, is, cui vel amiciui.
Sepio, is, sepsi vel sepiui.
Haurio, is, hausi vel hauriui.

✠ Supina eadē à diuersis verbis, Verro, is, sū. verto, is. sum
Pateo, es, ssum, pādo, is, ssum
Patior pateris passum.

✠ Supina duplicia ab eodē verbo.

Torqueo, es, tortū vel torsū.
Tendeo, is, tentū vel tensum.
Abscondo, is, abscōditū vel absconsum.
Alo, is, alitum, vel altum.
Figo, is, fictum vel fixum,
Fluo, is, fluctum vel fluxum.
Ruo ruis, rutum vel ruitum.
Nitor, eris, nisum vel nixum.

DE COMPOSITIONE VERBORVM cum Præpositionibus.

✠ Præpositiones, cum veniunt in cōpositione cum verbis: aut corrumpuntur, verbi integritate manente, vt pono, ponis, impono, is. Aut ipsis manentibus integris, verba cor-

rumpuntur: vt facio, perficio. Aut inuicem prępositiones & verba corrumpũt & corrũpuntur: vt impero, as. Aut vtrũq; manet integrũ, vt infundo, is. Sed quemadmodum præpositiones corrumpantur, in eadem parte quæ est de orthographia describitur: nunc quemadmodum verba componantur, dicimus: monentes imprimis, pręposiriones in compositione aliquando augere verbi significationem: vt amo, as: deamo: as. Aliquando minuere: vt Doceo, es: dedoceo, es. aliquando in totum mutare. vt mico, as: dimico, as.

De verbis mutantibus in e.
Lacto, as. delecto, oblect.
Mando, as. commendo, as.
Patro, as. perpetro, impetro.
Halo, as, anhelo, as.
Sacro, as. consecror.
Damno, as, cõdemno, indemno.
Apto, as, ineptio, is, ineptior.
Tracto, as. obtrecto, as. contrecto contrectas.
Arceo, es. coerceo, aberceo.
Pario, is. comperio, reperio.
Pasco, is. cõpesco, dispesco.
Scãdo, is. descẽdo, conscẽdo.
Parco, is. deperco, is.
Fatisco, is. defetiscor. eris.
Spargo, is. dispergo, cõspgo
Carpo, is. decerpo, concerpo
Paciscor, ris. depeciscor, eris.
Partior, iris. impertior, dispertior.
Partior, eris. perpetior, eris.
Gradior, eris. cõgredior, ris
Farcio. is cõfercio, refercio.
De mutantibus a in i.
Amico, as. inimico, as.
Manco. immineo, emineo.
Taceo, es. conticeo, reticeo.
Placeo. es. displiceo, es.
Complaceo non mutat a.
Habeo, es. adhibeo, cohibeo.
Lateo, es, tui. delireo, es, tui.
fateor, eris. cõfiteor, diffiteor.
Iacio, iacis. adijcio, proijcio, reijcio.
facio, is. affi[illegible]io, pficio, deficio
Sapio, is. resipio vel resipisco.
Rapio pis. diripio, corripio, arripio.
Capio, is. accipio, percipio, cõcipio.
Cado, is. occido, is, cõcido, decido.
Cædo, is. incido. concido, occido.
Lędo, is. allido, collido, illido
Quæro, is. acquiro, conquiro
Ago, is. adigo, pdigo redigo.
Frãgo, is. cõfringo, perfringo
Tango, is. contingo, attingo.
Pango, is. impingo, cõpingo,

Cano, is. accino, cōcino pcino
Salio, is. assilio, resilio, desilio

De mutātibus au in o, e, vel u

Plaudo, is. cōplodo, explodo
Audio, is. obedio, dis.
Claudo, cōcludo: fraudo, defraudo.

¶ De mutantibus a in u.

Quatio, is. concutio, discutio.
salto, as. resulto, assulto, īsulto.
Calco, as. conculco, proculco.

Scalpo, is. exculpo, insculpo
Capio, is. occupo, as. aui.

✠ De mutantibus e, in i.

Teneo, es. cōtineo, ptineo, es.
Sedeo, es. assideo, consideo.
rego, is, arrigo dirigo erigo
lego, is, colligo diligo ītell.
Emo, adimo perimo eximo
premo, is, apprimo, cōprimo

✠ De mutantibus u in e.

Iuro, as, deiero, as, peiero, as

✠ De quibusdam aliis verborū considerationibus.

Si in prima verbi positione fuerit a: etiam si in præterito mutetur, semper manet in supinis: vt Do, das, dedi, datū. Sto, stas, steti, statum. Pario, is, peperi, partum, Tango, is, tetigi, tactum. Falio, is, fefelli, falsum. Frango, is, egi, actum. Facio, is, feci, factum. Iacio, is, ieci, iactum. Cado cadis, cecidi, casum.

Si in compositione verbi a mutatur in i: aliquando in præterito manet e simplicis, & á in supinis: vt Frango, is, egi, actum. Infringo, is, infregi, infractum. Pango, is, pepigi, pactum; Impingo, is, impegi, impactum. Ago agis egi actum. Adigo, adigis, adegi, adactum.

Aliquando a supini verbi simplicis vertitur in e. vt Facio, facis feci factum. Conficio conficis confeci confectum. Iacio iacis ieci iactum. Coniicio, is, conieci coniectum. Capio, is, cepi captum. Concipio, is, concepi conceptum. Rapio, is, rapui, raptum. Corripio, is, corripui correptum. Cano, is. cecini, cantum. Occino, is, occinui occentum.

Sunt verba, quæ in cōpositione mutant cōiugationē, vt Do, das, dedi. Reddo, dis, reddidi. Addo, is, addidi. Cubo, as, ui. Accūbo, is, bui. Procūbo, is, bui. Facio, is, feci. Amplifico, as, caui. Sapio, is, sapere. Resipio, sipis, resipire.

Sunt etiam verba quæ mutant genus in compositione: vt Eo, is, quod est neutrum. Prætereo, is. Adeo,

a dis: & ferè omnia cõposita ab illo, quæ sunt actiua. Prætereafacio, is: quod non habet facior faceris. Perficio, is, habet perficior perficeris. Mutat etiam genus in compositione. Versificor, aris, quod est deponens.

Sunt etiam verba, quæ reperiuntur tantùm in cõpositione, quorum simplicia nõ sunt in vsu: vt ab eo quod est Pello pellas. Appello, as. Cõpello, as. à Clino, as, Inclino, as. reclino, as: declino, as. à Cuso, as. Accuso, as: recuso, as. incuso, as. à Sipo, as: Dissipo, as. à frigero, as: refrigero, as, à Fragor, aris, refragor, aris: suffragor, aris: à pleo, es: Impleo, ples, cõpleo cõples: depleo, es: à leo, es, doleo, es, releo, es: à specio, is, despicio, is cõspicio, is: respicio is. à licio, is, elicio, is: pellicio, is: allicio, cis: illicio, is: à fendo, is: offendo, is, defendo, is. à pedio pedis: impedio, is: compedio, is: expedio, is: præpedio præpedis.

LIBER TERTIVS, QVI EST DE EROTEmatis, hoc est de interrogationibus: quibus pueri de omnibus grammaticæ partibus interrogandi sunt.

De Eromatis Grammaticæ. Cap. I.

DIc mihi quam artem profiteris? Responde. Grammaticam. Quid est Grãmatica? Scientia rectè loquendi rectèq; scribendi, ex doctissimorum virorum vsu atque autoritate collecta. Vnde dicitur Grammatica? A grammatis, hoc est à literis, quasi scientia literaria.

Quotuplex est Grammatica? Quintiliano autore duplex. Historice, quæ in enarrandis autoribus versatur, ad imitationem proposita. Et Methodice, quæ artis præcepta cõtinet. Quot sunt partes præceptiuæ Grãmaticæ? Quatuor: Orthographia, cui respondet litera. Prosodia, cui respõdet syllaba. Etymologia, cui respondet dictio. Syntaxis, cui respondet partium orationis constructio.

De Erotematis Orthographiæ. Cap. II.

QVid est Orthographia? Scientia docens quibus literis quæque dictio scribenda sit.

Vnde dicitur Orthographia? Ab orthos, quod est rectum, & grapho scribo, quasi scientia rectè scribendi.

Quid est litera? Vox quæ scribi potest indiuidua.

Vnde dicitur litera? A lituris, quòd antiqui tabulis ceratis scribere solebant, & postea delere.

Quot sunt literæ in vsu apud Latinos? Duæ & viginti, & h, quæ non est litera, sed aspirationis nota.

Quot sunt genera literarum? Duo. Quædam enim sunt vocales, quædam verò consonantes.

Quid est vocalis? Litera quæ per se & pura pronunciari potest, vnde & vocalis dicitur, q̃d per seipsam vocẽ habeat.

Quot sunt vocales? Sex: a, e, i, o, u, y. psilon.

Quid est cõsonans? Litera, quæ nisi feriat vocalẽ, pronunciari non potest, vnde & consonans dicitur, quòd cum vocalibus sonet.

Quot sunt consonantes? Sedecim: reliquæ à vocalibus.

Quot sunt species consonantium? Duæ. Quædam enim sunt Mutæ, & quædam semiuocales.

Quot sunt Mutæ? Nouem: b, c, d, f, g, k p, q, t.

Quot sunt Semiuocales? Septem: l m, n, r, s, x, z.

Quare dicuntur mutæ? Quia in comparatione vocalium & & semiuocalium nihil prope sonent.

Quare dicuntur Semiuocales? Quia in sonoritate proximè ad vocales accedunt.

Quot accidũt literę? Quinq;: Nomen, Figura, Potestas, Cognatio, Ordo.

Quid est Nomen in litera? Vocabulum, quo vnaquæque appellatur ad aliarum literarum discretionem.

Quid est Figura in litera? Eius descriptio certis lineamentis terminata, pura, longa, breuis, rotunda.

Quid est Potestas in litera? Ipsa literæ pronũciatio, propter quam & Figura & Nomina sunt adinuenta.

Quid est Cognatio in litera? Quædam affinitas, qua alia in

aliam commutatur, aut per interpretationem, vt à Lida Leda, aut per deriuationem, vt à tego toga: aut per compositionē, vt ab amicus inimicus: aut per declinationem, vt a facio feci.

Quid est Ordo in litera? Ratio demonstrans quæ præponi, quæ subsequi debeant in pronunciatione.

Quotuplex est ordo in literis? Duplex, scilicet in vocalibus & in consonantibus.

Quis est ordo in vocalibus? Quod cum in diphtongon coëunt quædam semper præponuntur: vt, a, o, y. Quædā semper postponuntur: vt, i, u. Quædam aliquando præponitur, aliquando postponitur: vt, e.

Quid est diphthongus? Conglutinatio duarum vocalium in eadem syllaba vim suam retinentium.

Vnde dicitur Diphthongus? A dis quod est bis, & pthongus sonus quasi duplex sonus.

Quot sunt Diphthongi quibus vtuntur Latini? Sex: Ae, vbi supprimitur a, & profertur e, vt musæ. Au, vbi ꝑfertur a, & rapitur u, vt audio. Ei, vbi supprimitur e, & profertur i, vt Penthei. Eu, vbi profertur e, & rapitur u, vt Pentheus. Yi, vbi vtraque vocalis in i, longū profertur, vt harpyia. Oe, vbi supprimitur o, & profertur e: vt pœna.

Quid est ordo in consonantibus? Quòd plures quā tres non possint præcedere vocalem, nec plures quàm totidē succedere: vt scrobs, stirps. Et quod si sequens syllaba incipiat a vocali, necesse est præcedētem in vocalem desinere vt deus: quòdq; si præcedens syllaba in consonantem desinit, necesse est, sequentem a consonante incipere, vt virgo. Quodq; nō est necesse, si sequēs syllaba a cōsonante inceperit, præcedentem quoque in consonantem desinere: vt lego, quę regulæ sunt veræ in dictionibus simpilcibus, non tamen in compositis.

De Erotematis Prosodiæ. Cap. III.

QVid eſt Proſodia? Scientia demonſtrans quo accentu quæque dictionis ſyllaba proferatur.

Vnde dicitur Proſodia? A pros, q̃d eſt, ad: & ode, cantus, quaſi accentus. Hunc Latini tum Voculationem, tum Tenorem, tum Tonum interpretati ſunt.

Quid eſt Syllaba? Comprehenſio literarum enunciata, quæ vno accentu & vno ſpiritu indiſtanter profertur.

Vnde dicitur Syllaba? A ſyllabin, quod eſt cõprehendere.

Quot accidunt Syllabæ? Quatuor: Tenor, Spiritus, Tempus, & literarum Numerus.

Quid eſt Tenor in ſyllaba? Modus, quo aut eleuatur, aut deprimitur, aut eleuatur ſimul & deprimitur.

Quot ſunt Tenores? Tres: Acutus, Grauis, & Circumflexus. Acutus enim eſt, quo ſyllaba eleuatur. Grauis, quo ſyllaba deprimitur. Circumflexus, quo ſyllaba partim eleuatur, partim deprimitur.

Quid eſt Spiritus in ſyllaba? Qualitas quædam, qua aſperè vel leuiter ſyllaba profertur.

Quid eſt tempus in ſyllaba? Duratio vel tractus, in quo ſyllaba pronunciatur.

Quotuplex eſt Tempus in ſyllaba? Duplex: quia aut habet vnum tempus, in quo profertur, & dicitur breuis: aut habet duo tempora, & dicitur longa.

Quid eſt Numerus in ſyllaba? Comprehenſio literarum ſyllabam conſtituentium.

Quot poſſunt eſſe literæ in ſyllaba? Vt multum ſex, vt minimum vna: ſed tunc propriè non dicitur ſyllaba, cùm plures literas non comprehendat.

De Erotematis Etymologiæ. Cap. IIII.

QVid eſt Etymologia? Scientia oſtendens veram dictionum originem cum reliquis accidentibus.

Vnde dicitur Etymologia? Ab etymon, quod eſt verum, & logos ſermo, quaſi veriloquium, quod Cicero reformidans, Notationem appellat: hæc ab Ariſtotele ſymbolum, à quibuſdam Originatio dicitur.

Quid est dictio? Minima pars orationis constructæ, id est, in ordine compositæ.
Dictioni quot accidunt? Quatuor: Significatio, Etymologia, Figura, Ordo.
Quid est significatio in dictione? Illud, quo breuiter ostenditur, quid dictio significet.
Quid est Etymologia? Dixi esse scientiam, qua ostenditur vera dictionum origo.
Quid est figura in dictione? Forma, qua dictio simplex à cõposita distinguitur.
Quid est ordo in dictione? Qualitas, qua in oratione alia semper præponitur: alia semper postponitur: alia modo præponitur, modo postponitur.
Partes orationis quot sunt? Octo: Nomen, Pronomen, Verbum, Participium, Præpositio, Aduerbium, Interiectio, Coniunctio.
Quot sunt partes orationis declinabiles? Quatuor: Nomen, Pronomen, Verbum, Participium.
Quot sunt partes orationis indeclinabiles? Quatuor: Præpositio, Aduerbium, Interiectio, Coniunctio.

De Erotematis Nominum. Cap. V.

MVsa quæ pars orationis est? Nomen. Quid est nomen? Pars orationis declinabilis, corpus aut rem propriè communiterve significans.
Vnde dicitur nomen? Ab onoma Græcè, quod Latinè interpretatur nomen: vel dicitur nomen, quasi notamen.
Quotuplex est Nomẽ? Duplex, Substantiuũ & adiectiuum.
Quod est nomen substantiuum? Quod substantiam vel quasi substantiam significat: vt homo, albedo.
Quod est nomen adiectiuum? Quod adiectum substantiuo significat in eo aliquod accidens: vt Homo bonus.
Musa igitur quale nomen est? Substantiuum: significat enim rem per se subsistentem obnoxiamq; accidentibus.
Nomini quot accidunt? Sex: Qualitas, Species, Genus, Numerus, Figura. Casus cum Declinatione.

Quid eſt qualitas in nomine? Accidens, per quod propriũ nomen à communi ſeu appellatiuo diſtinguitur.

Quod eſt nomen proprium? Quod vni tantum conuenit: vt Calliope vni ex nouem muſis.

Quod eſt nomen commune? Quod pluribus conuenit: vt Muſa, Calliope, Vraniæ, Clio.

Quid eſt ſpecies in nomine? Illud quo primitiuum nomen à deriuatiuo ſeparatur.

Species nominum quot ſunt? Duæ. Primitiua, quæ aliunde nõ trahitur: vt mons. Deriuatiua, quæ aliunde deriuatur: vt montanus, à monte.

Muſa igitur cuius ſpeciei eſt? Deriuatiuæ ſpeciei. Dicitur enim à moſo, quod eſt inquiro.

Deriuatiuorum nominum quot ſunt differentiæ? Nouem. Patronymicum, Poſſeſsiuum, Denominatiuum, Diminutiuum, Comparatiuum, Superlatiuum, Verbale, Participiale, Aduerbiale.

Quod eſt nomen Patronymicum? Quod ſignificat filium vel filiam, nepotem vel neptem, vel aliquem ex poſteris illius à quo deriuatur: vt Priamides filius vel nepos vel aliquis ex poſteris Priami.

Quod eſt nomẽ poſſeſsiuum? Quod cum genitiuo ſui principalis ſignificat aliquid ex ijs quæ poſsidentur, vt Euandrius enſis, pro Euandri enſis.

Quod eſt nomen Denominatiuum? Quod à nomine deriuatur, neq́ꝫ denominatur ab aliqua ſpeciali ſignificatione, vt à Iuſtus iuſtitia, à ſapiens ſapientia.

Quod eſt nomen Diminutiuum? Quod ſignificat diminutionem ſui principalis, vt a rege regulus.

Quod eſt nomen comparatiuum? Quod cum intellectu poſitiui, vel aliquo participe ſenſus poſitiui, ſignificat magis aduerbium, vt iuſtior magis iuſtus, inferior, magis infra.

Comparatiua vnde formantur? A nominibus adiectiuis quæ poſſunt incrementum diminutionemq́ꝫ ſuſcipere, vt a bonus bona bonum, melior: doctus, a, um, doctior.

Et à verbis, vt à detero, deterior. Et ab aduerbijs & præpositionibus: vt à pridem, prior: ab vltra, vlterior.

Cōparatiua quodomo formantur? In nominibus adiectiuis secundæ declinationis formantur à genitiuo terminato in i: addita or: vt albus, albi, albior. In nominibus verò tertiæ declinationis à datiuo addita or: vt fortis, forti, tior. A nominibus habētibus vocalē ante is, vel us, cōparatiua non formantur, sed supplētur ex hoc aduerbio magis & positiuo: vt tenuis, magis tenuis: arduus magis arduus.

Quod est superlatiuum nomē? Quod ad plures sui generis cōparatū, omnibus superponitur, vel per se prolatū signi ficat quātū positiuū cū hoc aduerbio Valde: vt Plato græcorum doctissimus, & Plato doctissimus. i. valde doctus.

Superlatiua vnde formantur? Ab eisdem nominibus adiectiuis vnde formantur comparatiua.

Superlatiua quomodo formantur? In nominibus adiectiuis in er desinentibus, superlatiua formantur addita rimus, vt tener tenerrimus, pauper pauperrimus. Alias verò aut positiua sunt secundæ declinationis, aut tertiæ, si secundæ declinationis, superlatiua formantur à genitiuo terminato in i addita s. & simus: vt albus, albi, albissimus. Si tertiæ, formantur quoq; a genitiuo addita simus tantum, vt fortis fortissimus.

Patiuntur istæ regulæ exceptionem? Nimirum patiuntur. quoniā & à verbis & ab aduerbiis & præpositionibus, aliquando formantur. Sed & à nominibus, irregularia quædam non legitimè formantur, de quibus alias.

Quod est nomen verbale? quod à verbo deriuatur: vt ab amo amas, hic & hæc amabilis & hoc amabile.

Quod est nomen participiale? quod à participio deriuatur, vt à lectus, lector & lectio.

Quod est nomen aduerbiale? qđ ab aduerbio deriuatur, vt à perendie, perendinus, a, um.

Quod est genus in nomine? Illud quo masculinum à fœminino distinguitur, & neutrum ab vtroque.

Genera nominum quod sunt? Septem. Masculinum, Fœminum, Neutrum, Commune duorum, Commune trium, Dubium, Promiscuum.

Quod est nomen masculinum? Quod declinatur cum hic, vt hic dominus domini, hic sermo sermonis.

Quod est nomen fœmininum? Quod declinatur cum hæc, vt hæc musa musæ, hæc terra terræ.

Quod est nomen neutrum? Quod declinatur cum hoc, vt hoc templum templi, hoc regnum regni.

Quod est nomẽ commune duorũ? Quod declinatur cũ hic & hæc, vt hic & hæc sacerdos, hic & hæc conuiua.

Quod est nomen commune trium? Quod declinatur cũ hic & hæc & hoc: vt hic & hæc & hoc prudẽs, fœlix, amãs.

Quod est nomen dubium? Quod declinatur cum hic vel hæc, vt hic vel hæc finis, hic vel hæc cortex.

Quod est nomen Promiscuum? Quod cum articulo hic vel hæc significat animalia vtriusque sexus: vt hic miluus, hic mus, hæc aquila, hæc dorcas.

Musa igitur cuius generis est? Fœminini generis, declinatur enim cum hoc articulo hæc: vt hæc musa.

Da regulam generis. Nomen quod fit in a, finitum, dic muliebre, neque enim ab ea excipitur musa.

Quid est numerus in nomine? Incrementum quantitatis ab vno vsque ad plura procedens.

Numeri nominũ quot sunt? Duo. Singularis, qui vnũ significat, vt homo, Pluralis, qui plura significant: vt homines.

Musa igitur cuius numeri est? Singularis numeri, quia vnũ significat tantum.

Quid est figura in nomine? Illud quo nomen simplex à composito distinguitur.

Figurę nominũ quot sunt? Duę. Simplex, quæ nõ potest diuidi in partes significatiuas eius, quod integrũ significabat. vt parẽs. Cõposita, quæ potest diuidi in partes significatiuas eius, quod integrum significabat: vt parricida.

Musa igitur cuius figuræ est? Simplicis, Nihil enim signi-

ficant mu & ia per se separata.

Quid est casus in nomine? Quidam gradus declinationis per quos nomen inflectitur.

Casus nominum quod sunt? Septem. Ntũs, Gtũs, Dtũs, Accusatiuus, Vocatiuus, Ablatiuus, Effectiuus semper abltõ similis.

Quare dicitur nominatiuus? Quia per illum nominamur. Rectus verò idem dicitur, qui aliunde non cadit.

Quare dicitur genitiuus? Quia per eum ostendimus cuius simus filij, vt Antonius Ioannis.

Quare dicitur datiuus? Quia in eo casu ponimus illum, cui aliquid damus, vt do tibi pecunias.

Quare dicitur accusatiuus? Quia in eo casu ponimus illum, quem accusamus, vt Pompeius accusat Cæsarem.

Quare dicitur vocatiuus? Quia in eo casu ponimus illum, quem vocamus: vt o musa mihi causas memora.

Quare dicitur ablatiuus? Quia in eo casu ponimus illum, à quo aliquid auferimus, vt ego aufero à te libros.

Quare dicitur effectiuus? Quia in eo casu ponimus instrumentum quo aliquid efficitur, vt ego peto te saxo.

Musa igitur cuius casus est? Nominatiui, siue vocatiui, siue ablatiui, quia in his casibus declinando reperitur.

Quid est declinatio in nomine? Vocis variatio quæ circa finem tantum attenditur, vt musa, musæ, musam.

Declinationes nominum quod sunt? Quinque. Prima, quæ mittit genitiuum in æ, diphthongon, vt musa musæ. Secũda, quæ mittit genitiuum in i, vt dominus domini. Tertia quæ mittit genitiuum in is, vt sermo sermonis. Quarta, quæ mittit genitiuum in us: vt sensus, sensus. Quinta, quæ mittit genitiuum in ei, vt dies diei.

Musa igitur quotæ declinationis est? Primæ. Mittit enim genitiuum in æ, diphthongon, vt musa musæ.

Quotuplex est nominum inflexio? Sextuplex. Monoptota inflexio est, cum per omnes casus nusquam nomen variatur, vt nominatiuo ador, genitiuo, datiuo ador, &c.

Diptota inflexio est, cum per duos casus tantum nomen, variatur. vt sappho sapphus. Triptota inflexio, est, cum per tres casus nomen variatur, vt templum, templi, templo. Tetraptota inflexio est, cum per quatuor casus nomen variatur, vt deus, dei, deo, deũ. Pentaptota inflexio est, cum per quinq; casus nomen variatur, vt sermo, sermonis, sermoni, sermonem, à sermone. Hexaptota inflexio est, cum per sex casus nomen variatur: vt Vnus vnius vni, vnum, ô vne, ab vno.

¶ De Erotematis Pronominum. Cap. VI.

EGo quæ pars orationis est? Pronomen.

Quid est pronomẽ? Pars orationis declinabilis, quæ pro nomine proprio cuiusque accipitur, personasque finitas recipit, vt Ego, Tu, Ille.

Vnde dicitur Pronomen? A pro præpositione & nomen, quia pro eo ponitur in oratione.

Pronomini quot accidunt? Sex. Species, Genus, Numerus, Figura, Persona, Casus, cum Declinatione.

Species pronominum quot sunt? Duæ sicut in nomine. Primitiua vt ego, Deriuatiua vt meus.

Quod sunt pronomina primitiua? Octo. Ego, tu, sui, hic, iste, ille, ipse, is.

Quod sunt pronomina deriuatiua? Septem. Meus, tuus, suus noster, vester, nostras, vestras.

Ego igitur cuius speciei est? Primitiuæ. Non enim aliunde trahitur, quanquam Græce dicitur ego. Fac ex eo deriuatum Meus, mea, meum.

Genera Pronominum quot sunt? quatuor. Masculinum, vt meus. Fœmininum, vt mea. Neutrum, vt meum. Commune trium, vt ego, nostras.

Numeri pronominum quot sunt? Duo sicut in nomine. Singularis, vt Ego. Pluralis, vt nos.

Figuræ pronominũ quot sunt? Duæ sicut in nomine. Simplex, vt hic, hæc, hoc. Composita, vt isthic, isthæc, isthoc.

Quot modis componũtur pronomina? quatuor. Primo cũ

nominibus,vt eiusmodi,huiusmodi. Secūdo cū altero pronomine,vt isthic,isthęc,isthoc.Tertio cum prępositione,vt mecum,tecum. Quarto,cum aduerbiis aut syllabicis adiectionibus,vt egomet.Quot sunt adiectiones syllabicæ?quatuor.Met,Te,Ce,Pte:vt egomet,tute,hicce,meapte.

Personæ pronominum quot sunt? Tres. Prima, quæ de se loquitur. Secunda,ad quam prima loquitur. Tertia,de qua prima loquitur.

Quot sunt pronomina primæ personę?Vnum tantum.Nominatiuo ego,Genitiuo mei.

Quot sunt Pronomina secundę personæ?Item vnū,nominatiuo tu,genitiuo tui,cum omnibus vocatiuis nominum pronominum & participiorum.

Quot sunt Pronomina tertię personę? Reliqua omnia.

Casus pronominum quot sunt?Septem sicut in nomine. Carent tamen vocatiuo omnia pronomina, pręterquā Tu, Meus mea meum,Noster nostra nostrum.Nostras nostratis.Caret etiam nominatiuo cum vocatiuo Genitiuo sui.

Declinationes pronominū quot sunt?Quatuor.Prima quæ mittit genitiuū in i,vt ego,mei,tu,tui,genitiuo sui.Secūda quę mittit genitiuū in ius:vt Hic huius,iste istius,ille illius,ipse ipsius,is eius. Tertia,quæ mittit genitiuū in i,& in æ,vt meus mea meum,mei meę mei.Tuus,a,um,tui tuę tui.Suus sua suum,sui suæ sui.Noster nostra nostrum,nostri nostræ nostri.Vester vestra vestrum,vestri vestræ vestri. Quarta, quæ mittit genitiuum in is. vt Nostras nostratis,vestras vestratis.

De Erotematis verborum. Cap. VII.

AMo,quę pars orationis est?Verbum.

Quid est verbum? Pars orationis declinabilis cū modis & temporibus sine casu agendi vel patiendi significatiua. Vnde dicitur verbū? A verbero,as:quia verberato aëre oratio profertur,quę sine verbo esse non potest.

Verbo quot accidūt?Octo.Genus,Modus,Tēpus,Numerus Persona,Species,Figura,Coniugatio.

Genera verborum quot sunt? Quinq;. Actiuũ, Pasſiuũ, Neutrum, Commune, Deponens.
Quod est verbũ actiuum? Quod desinit in o, & habet pasſiuum in or: vt Amo amas, amor amaris.
Quod est verbum pasſiuũ? Quod desinit in or, & habet actiuum in o: vt amor amaris, amo amas.
Quod est verbum neutrũ? Quod desinit in o: & non habet pasſiuum in or, vt seruio seruis.
Quod est verbũ deponens? Quod desinit in or, & tamẽ habet actiui significationem, vt loquor loqueris.
Quod est verbũ cõmune? Quod desinit in or, & habet actiui & pasſiui significationem, vt amplector, amplecteris.
Amo igitur quod verbum est? Actiuum.
Modi verborũ quot sunt? quinq;. Indicatiuus, Imperatiuus, Optatiuus, Subiunctiuus, Infinitiuus.
Quis est Indicatiuus modus? quo indicamus aliquid fieri: vt Ego amo, tu amas, ille amat.
Quis est Imperatiuus modus: quo imperamus vel prohibemus vel exhortamur, vel permittimus aliquid fieri, vt ô Antoni lege, ne legas.
Quis est Optatiuus modus? Quo optamus aliquid fieri, vt vtinam legerem.
Quis est Subiunctiuus modus? Qui indiget altero verbo, vt perfectum sensum significet, vt Si legeris, audiam.
Quis est Infinitiuus modus? Qui caret numeris & personis & indiget verbo alterius modi, vt aliquid determinatũ significet, vt Cupio legere.
Amo igitur cuius modi est? Indicatiui modi.
Tempora verborũ quot sunt? Sex. Præsens, Præteritum imperfectũ, Præteritum perfectum, Præteritũ plusquãperfectum, Futurum imperfectum, Futurum perfectum.
Quod est tempus præsens? Quo aliquid impræsentiarũ fieri ostendimus, vt Ego lego.
Quod est præteritũ imperfectum? Quo ostendimus, quòd aliquid fiebat, sed non fuit perfectum, vt ego legebam.

Quod est præteritum perfectum? Quo ostendimus, aliquid iam factum, atque perfectum esse, vt ego legi.

Quod est præteritum plusquam perfectum? Quo ostendimus id quod factum est inueterasse citra præteritũ perfectum, vt Ego legeram antequam tu venisti.

Quod est futurum imperfectum? Quo ostendimus aut promittimus nos aliquid inchoaturos, vt ego legã cras.

Quod est futurum perfectum? Quo ostendimus aut promittimus quòd ad certum tempus aliquid erit à nobis factum, vt Ad horam legero.

Amo igitur cuius temporis est? Præsentis temporis.

Numeri verborum quot sunt? Duo sicut in nomine. Singularis, qui de vno loquitur, vt ego amo. Pluralis, qui de pluribus loquitur, vt nos amamus.

Amo igitur cuius numeri est? Singularis numeri.

Personæ verborũ quot sunt? Tres. Prima, quæ de se sola vel de se cũ aliis loquitur, vt ego lego, nos amamus. Secũda ad quam solam vel cum aliis prima loquitur, vt tu amas, vos amatis. Tertia, de qua sola, vel de quibus prima loquitur, vt Cicero legit, homines legunt.

Species verborum quot sunt? Duæ sicut in nomine. Primitiua vt lego, legis, Deriuatiua, vt lectito, as.

Deriuatiuorũ verborum formæ quot sunt? Septem. Inchoatiua, Meditatiua, Desideratiua, Frequentatiua, Diminutiua, Denominatiua, Aduerbialia.

Quæ dicuntur Inchoatiua? Quæ Laurentius dicit continuũ incrementũ passionis innatæ significare, fiuntq; tantum à verbis neutris absolutis secũdæ coniugationis, formanturq; à secũda persona præsentis Indicatiui modi addita co, vt tepeo, es, tepesco, is: id est in horas magis tepefio.

Quæ dicuntur verba Meditatiua? Quæ Laurentius appellat desideratiua, fiuntq; ab vltimo supino addita rio, hæc ferè: ab edo, is, esu, esurio, à Cœno, as, cœnatu, cœnaturio, à Pario, is, partu, parturio à Meio, is, mictu, micturio, à Caco, as, cacatu, cacaturio; ab Emo, is, emptu, empturio.

Quæ dicuntur Desideratiua? Quæ Laurentius nō mētis affe ctum, sed actum corporis significare dicit. Sunt vero quā rarissima: vt Viso, is. Lacesso, is. Facesso, is. Capesso, is
Quæ dicuntur Frequentatiua? Quæ assiduā in agendo vim habere significant, fiūtq; ab vltimo supino, u. mutata in o: vt a Curro, is, cursu, curso, as: à Duco ducis ductu, ducto, as. Animaduertendū tamen est in verbis primæ coniuga tionis, supina, à quibus formantur frequentatiua, mutare a, penultimā supini in i breuem, vt ab impero, as: imperatu, imperito, as. Dicimus tamen ab ago, is: actito, as: agito as: à dico, is: dicto, as: & dictito, as.
Quæ dicuntur Diminutiua? Quæ à suo principali diminutionem significant, vt à Garrio, is, garrulo, as: à Sorbeo, es sorbillo, as: à caluo, is. cauillor, aris.
Quæ dicuntur Denominatiua? Quæ à nomine deriuantur: vt à patre patrisso, as: à Græco græcisso, as: & græcor, aris: à Frumento, frumentor frumentaris, à Pabulo pabulor pabularis: à Rure rusticor, aris.
Quæ dicuntur Aduerbialia? quæ ab aduerbio deriuantur vt à perendie, perendino, perendinas: à supra, supero, as ab Intra intro, as.
Amo igitur cuius speciei est? Primitiuæ speciei, non enim habet (quod ego sciam) vnde possit deriuari.
Figuræ verborum quot sunt? Duæ sicut in nomine. Simplex vt amo amas. Composita, vt deamo deamas.
Amo igitur cuius figuræ est? Simplicis figuræ, nō enim potest diuidi in partes significatiuas eius, quod integrum ante compositionem significabat.
Coniugationes verborum quot sunt? Quatuor. Prima, quæ secundam personā singularē præsentis Indicatiui modi mittit in as, productam in voce actiua, & in aris vel are, in passiua, vt amo amas. Lætor, aris vel are. Secunda, quæ eandem secundam personam mittit in es, productam in voce actiua, & in eris vel ere, in voce passiua, vt doceo, es: medeor, eris vel ere. Tertia, quæ eandem secundam

personã mittit in is, correptam in voce actiua, & eris vel ere, penultima correpta in voce passiua, vt lego legis, loquor, eris, vel loquere. Quarta, quæ eandem secundã personam mittit in is, productã in voce actiua, & in iris vel ire, penultima producta in voce passiua, vt Audio, is. Audior audiris vel audire.

De Erotematis Participiorum.
Caput. VIII.

AMans, quę pars orationis est? Participium.

Quid est participiũ? Pars orationis declinabilis, quę pro verbo accipitur: ex quo deriuatur, genus & casus habens ad similitudinem nominis, & accidentia verbi sine discretione modorum & personarum.

Vnde dicitur participiũ? Quasi particapiũ, quia partem accipit à nomine, partem à verbo, partem ab vtroq;.

Participio quot accidunt? Sex. Genus, Tempus, Significatio Figura, Numerus, Casus cum declinatione.

Genera participiorum quot sunt? Quatuor. Masculinũ, vt Amãtes. Fœmininum, vt amata. Neutrum, vt amatum. Commune trium, vt hic & hæc & hoc amans.

Amans igitur cuius generis est? Commune trium.

Tempora participiorũ quot sunt? Tria. Præsens, vt amans, Præteritũ, vt amatus. Futurum, vt amaturus, amandus.

Amans igitur cuius temporis est? Pręsentis temporis.

Significationes participiorũ quot sunt? Duæ. Actiua, vt amans. Passiua, vt amatus.

Quæ participia significant actionẽ? A verbis actiuis & neutris actionẽ significantibus, actionem significant participia pręsentis & futuri in rus, vt amãs amaturus, seruiẽs seruiturus. A verbis passiuis vel neutris passionẽ significantibus participia omnia significant passionẽ, vt amatus amãdus, vapulans vapulaturus. A verbis deponẽtibus participia pręsentis & præteriti & futuri in rus, significant actionẽ, futuri verò in dus, passionem, vt loquẽs, locutus, locuturus, loquendus. A verbis cõmunibus participia pręsen

tis & futuri in rus, significant actionē & passionē: Futuri in dus tantū passionem, vt criminans, criminaturus, criminatus, criminandus.

Est ne hoc semper verū? Propemodū id quidem, nisi quod à verbis actiuis & neutris participia præteriti significant nonnunquā actionem, Vt

Argutus, a, um, ab arguo is.
Ausus, a, um: ab audio, es.
Adultus, a, ū: ab adolesco, is.
Assuetus a, ū. ab assuesco, is.
Cautus, a, um: à caueo, es.
Cassus, a, um, à careo, es.
Circūspectus, a, ū: à circūspicio
Cōsuetus, a, ū: à cōsuesco, is.
Cōsideratus, a, ū: à cōsidero, as.
Cōtentus, a, um: à cōtineo, es.
Cœnatus, a, um: à cœno, as.
Decretus, a, ū: à decresco, is.
Defectus, a, um: à deficio, is.
Discessus, a, um: à discedo, is.
Disertus, a, um: à dissero, is.
Excretus, a, ū: ab excresco, is.
Exoletus, a, ū: ab exolesco, is.
Euasus, a, um: ab euado, is.
Falsus, a, um: à fallo, is.
Fluxus, a, um: à fluo, is.
Iuratus, a, um: à iuro, as.
Ignotus, a, um: ab ignosco, is.
Osus, a, um: ab odi, odisti.
Placitus, a, um: à placeo, es.
Passus, a, um: à pateo, es.
Potus, a, um: à poto, as.
Pransus, a, um: à prandeo es.
Profusus, a, ū: à profundo, is.
Scitus, a, um: à scio, is.
Sparsus, a, um: à spargo, is.
Tacitus, a, um: à taceo, es.
Titubatus a, um: à titubo, as.

Reperiūtur quoq; participia præsentis tēporis à verbis actiuis, significantia passionē, vt voluens, volutans, quassans, præcipitans, pro eo quod voluitur, quassatur, præcipitatur, & quod dicitur euidens negociū, id est, quod videtur & perspicuum est.

Amans igitur cuius significationis est? Actiuæ significationis.

Figuræ participiorū quot sunt? Duæ. Simplex, vt amans. Cōposita, vt adamans: quanquā sunt qui dicant, quia participiū per se non componitur, non esse compositæ, sed decompositæ figuræ.

Amans igitur cuius figuræ est? Simplicis figuræ.

Numeri participiorum quot sunt? Duo sicut in nomine.

Singularis, vt amans: Pluralis, vt amantes.
Amans igitur cuius numeri est? Singularis numeri.
Casus participiorum quot sunt? Septem sicut in nomine.
Amans igitur cuius casus est? Nominatiui casus vel Vocatiui.
Declinationes participiorum quot sunt? Tres. Nam participia præteriti & futuri tã in rus, quã in dus, declinãtur per primam & secundã nominis declinationẽ: Præsentis vero per tertiam: nisi quod iens participium ab eo, is, mittit genitiuum in euntis, cum compositis, vt Iens eũtis. Abiẽs abeuntis. Ambiens tamen facit ambientis.
Amans igitur quotæ declinationis est? Tertiæ nominis.

De Erotematis Præpositionum. Cap. IX.

AD, quæ pars orationis est? Præpositio.
Quid est præpositio? Pars orationis indeclinabilis, quæ alijs partibus orationis præponitur, aut per compositionem, aut per appositionem.
Vnde dicitur præpositio? Ab eo quod alijs partibus orationis præponitur. Nam contra naturam præpositionis est quod postponatur, vt Cum, tenus, versus.
Præpositioni quot accidunt? Tria. Figura, Ordo, Casus.
Figuræ prępositionũ quot sunt? Duę. Simplex, vt abs, circũ Composita, vt absq;, circumcirca.
Ad igitur, cuius figuræ est? Simplicis figuræ. Quia non potest diuidi in partes significatiuas.
Quotuplex est ordo præpositionũ? Triplex. Pręposititiuus postpositiuus, Communis.
Quis est ordo Pręposititiuus? Qui pręposition em in constructione semper debere postponi ostendit, vt ad, ab.
Quis est ordo postpositiuus? Qui prępositionem in cõstructione semper debere postponi ostendit: vt tenus, versus.
Quis est ordo Communis? Qui prępositionem in constructione modo pręponi modo postponi debere ostendit: vt cum, per, propter.
Ad igitur cuius ordinis est? Præpositiui. Quia semper in

constructione præponitur.
Casus præpositionum quot sunt? Tres, Actũs & Ablatiuus, & nonnunquam genitiuus.
Præpositiones genitiuo deseruiẽtes quot sunt? Tres. Pridie, Postridie, Tenus.
Præpositiones actõ deseruiẽtes quot sunt? Triginta & octo. Ad, apud, ante, aduersus, aduersum, cis, citra, circiter, circum, circa, contra, erga, extra, inter, intra, infra, iuxta, ob, pone, per, prope, propius, proxime, pridie, postridie procul, post, penes, præter, propter, supra, secundum, secus, trans, vsque, vltra, versus, versum.
Præpositiones ablatiuo casui deseruientes quot sunt? Quindecim: A, ab, abs, absque, cum, coram, clam, de, e, ex, pro, præ, palam, sine, tenus.
Præpositiones accusatiuo vel ablatiuo deseruientes quot sunt? quatuor. In, sub, super, subter.
Præpositiones inseparabiles (hoc est, quæ nusquam nisi in cõpositione reperiũtur) quot sunt? Sex: an, cõ, dis, di, re, se.
Ad igitur cui casui deseruit? Accusatiuo, quoniam tali casui semper apposita reperitur.

De Erotematis Aduerbiorum. Cap. X.

VBi, quæ pars orationis est? Aduerbium.
Quid est aduerbium? Pars orationis indeclinabilis, quæ addita verbo, significationẽ eius aut complet, aut mutat, aut minuit. Vt iam faciam: non faciam: parum faciam.
Vnde dicitur aduerbium? quasi ad verbum, quoniam verbo semper fere adiungi desiderat.
Aduerbio quot accidũt? Tria: Species, Figura, Significatio.
Species aduerbiorum quot sunt? Duę sicut in nomine. Primitiua, vt nuper. Deriuatiua, vt nuperrime.
Vbi, cuius speciei est? Primitiuæ, neque enim habet aliquid vnde deriuetur quod sit antiquius.
Figuræ Aduerbiorũ quot sunt? Duę sicut in nomine. Simplex, vt ecce. Composita; vt eccum.

Vbi, igitur cuius figuræ est? Simplicis figuræ, neq; enim potest: diuidi in partes significatiuas.

Significationes aduerbiorum quot sunt? Innumeræ.

Numeralis: vt semel, bis, ter, quater, quinquies, sexies.
Temporalis. vt hodie, cras, perendie, heri, nuper, aliquando, olim, iam, tunc, manè, sero, semper.
Localis: vt hic, isthic, illic. Huc, isthuc, illuc.
Negatiua: vt non, haud, minimè, nullatenus.
Affirmatiua: vt etiam, profecto, nimirum.
Optatiua: vt o, si, vtinam.
Demonstratiua: vt en, ecce.
Ordinatiua: vt continuo, deinde, deinceps.
Interrogatiua: vt cur? quare? quamobrem? nunquid?
Dubitatiua: vt fors, forte, fortassis, fortasse, forsan, forsitã
Vocatiua: vt o, heus, o hò.
Discretiua: vt seorsum, diuisim, bifariam.
Congregatiua: vt simul, vnà, pariter.
Iuratiua: vt ædepol, mehercule, mecastor.
Hortatiua: vt eia, age, agedum, agite.
Intensiua: vt valde, penitus, vehementer.
Remissiua: vt sensim, paulatim, pedetentim.
Diminutiua: vt bellè, argutulè clanculum.
Comparatiua: vt magis, melius, fortius.
Superlatiua: vt maximè, optimè, fortissimè.
Similitudinis: vt ceu, sicut, tanquam.
Quantitatis: vt multum, parum, minimum.
Qualitatis: vt bene, doctè, sapienter.

Vbi, igitur cuius significationis est? Localis.

De Erotematis Interiectionum. Cap. XI.

HEu, quæ pars orationis est? Interiectio.

Quid est Interiectio? Pars orationis indeclinabilis, affectum mentis incondita voce significans.

Vnde dicitur interiectio? Ab interijciendo, eo quòd alijs partibus orationis interijcitur.

Interiectioni quot accidunt? Sola Significatio.

Significationes interiectionum quot sunt? Plures.
Lugentis. vt heu, hoi, hei.
Dolentis: vt hei, ah.
Exultantis: vt euax, vach, oh.
Timentis: vt hei, ah.
Admirantis, vt pape.
Exclamantis: vt proh, vah.
Ridentis: vt ha-ha, he, hoe.
Deridentis: vt hui.
Silentis: vt aut, st, st.
Laudantis. vt euge.
Vitātis: vt apage, gesis, apagete.
Vocantis: vt io, oh.
Deprehendentis: vt at at.
Heu cuius significationis est? lugētis.

De Erorematis Coniunctionum. Cap. XII.

ET, quæ pars orationis est? Coniunctio.
Quid est Coniunctio? Pars orationis indeclinabilis cō=nectens ordinansq; sententiam.
Vnde dicitur Coniunctio? Ab eo quod coniungat, & orationi pro vinculo interponatur.
Coniunctioni quot accidunt: Tria. Figura, Ordo, Potestas, siue species, siue significatio.
Figuræ Coniunctionis quot sunt? Duæ sicut in nomine. Simplex, vt at. Composita: vt atq;, etenim.
Et, cuius figuræ est? Simplicis figuræ.
Ordo Coniunctionis quotuplex est? Triplex. Quædam e=nim semper præponūtur: vt & ac, at, ast, aut, vel, nec, ne, neq;. Quædā semper postponuntur. vt q;, ne, ve, quidem quoq;, autē, vero, enim. Quædā modo præponuntur, modo postponūtur: vt atq;, igitur, itaque, quoniā, quia, etsi.
Et, cuius ordinis est? Præpositiui.
Potestates Coniunctionis quot sunt? Complures. Copulati=ua, quæ sensum & verba coniungit. vt, &, q;, atq;, quoq;, autem, vero, quidem.

Disiunctiua, quę quamuis dictiones coniungit, sensum tamen disiunctum habet: vt aut, vel, ve, siue, seu.
Subdisiunctiua est, quę voce disiuncta vtrunque adesse significat vel simul, vel discretè: vt, Alexander siue Paris dormit, vel legit tota die.
Causalis, quę causam continuationis explanat: vt quoniam nam, namque, enim, vt.
Collectiua siue illatiua, quę superiora colligit: vt igitur, ergo, itaque, quare, quapropter, quamobrem.
Dubitatiua, quę dubitationem aliquam cum interrogatione significat: vt an? ne? necne?
Aduersatiua, quę aduersam sententiam sequenti aut pręcedenti monstrat: vt licet, quanquam, quamuis, etsi, saltem.
Approbatiua, quę rem aliquam approbat, vt si: siquidem, quando, quandoquidem, nam, quidem.
Completiua, quę ornatus causa, aut metri necessitate ponitur, vt quidem, enim, namque, verò.
Causalis rursus diuiditur, in Cōtinuatiuam, Subcōtinuatiuā Adiunctiuam, Effectiuam.
Continuatiua est, quæ continuationem & consequentiam rerum significat: vt si, cûm, dum, vbi.
Subcontinuatiua est, quę causam continuationis ostendit cum essentia rerum, vt quoniam, quia.
Adiunctiua est, quę verbis subiunctiuis adiungitur: vt, si, vt, cum, vbi, quando.
Effectiua est, quę reddit causam effectus: vt enim, nā, namque.
Et, cuius potestatis est? Copulatiuę.

De partibus orationis quę alię pro alijs & pro se inuicem ponuntur. Cap. XIII.

QVę partes orationis alię pro alijs ponuntur? Omnes fere, quemadmodum quæ sequuntur.
Nomen pro participio: vt sibilus pro sibilans.
Nomen pro aduerbio: vt, recens pro recenter.
Nomen pro interiectione. Vt infandum voce incondita.
Nomen pro coniunctione: vt quare, quamobrem.

Pronomen pro nomine proprio: vt Ego, pro Antonius.
Pronomen pro aduerbio: vt Hoc, pro huc.
Pronomen pro coniunctione: vt Ideo, pro propterea.
Verbum pro nomine: vt Amare, pro amore. Viuere, ꝑ vita.
Verbum pro aduerbio: vt Amabo, sodes.
Verbum pro interiectione: vt Age, agite.
Verbum pro coniunctione: vt Licet, licebit.
Participium pro nomine: vt Sapiens, diligens.
Participium pro aduerbio: vt Horrendum, pro horrẽdè
Præpositio pro aduerbio: vt Coram, palam.
Præpositio pro interiectione: vt Prò, à.
Præpositio pro coniunctione: vt Propterea, quapropter
Aduerbium pro nomine: vt Satis est. Abundè est.
Aduerbiũ pro coniunctione: vt Quando, pro quoniã.
Coniunctio pro aduerbio: vt Cûm, pro quando.
Coniunctio pro interiectione. vt At.
Quę partes orationis ponuntur inuicem pro seipsis? Omnes fere.
Nomen pro nomine: vt Dardanus pro Dardanius.
Verbum pro verbo: vt Populo pro populor.
Participium pro participio. vt Profusus, ꝑ profundens.
Præpositio pro præpositione: vt In pro contra.
Aduerbiũ pro aduerbio: vt Hic loci, pro tunc temporis.
Coniunctio pro coniunctione: vt Vel pro &.

De Syntaxi & orationis constructione. Cap. XIIII.

QVid est Syntaxis? Scientia, qua bona constructio à mala dignoscitur.
Vnde dicitur Syntaxis? A syn, quod est con: & tasso, ordino: a quo est taxis: quasi coordinatio.
Quid est constructio? Congrua dictionum ordinatio, congruam perfectamq; sententiam demonstrans.
Quid est oratio? Est, vt Scaurus definit, ore missa, & per dictiones ordinata pronunciatio.
Quotuplex est oratio? Quadruplex, Perfecta, quæ persen

ctum sensum in animo auditoris generat: vt Ego amo Deum. Imperfecta, quæ imperfectum sensum in animo auditoris generat: vt si Deum amaueris. Finita, in qua verbum finitum ponitur: vt Ego amo. Infinita, in qua verbū infinitum ponitur, vt Me amare.

Quid est figura constructionis? Est aliqua ratione nouatus docendi modus, qui circa Grammaticas constructiones versatur.

Euocatio, est reductio tertiæ personæ ad primam vel secūdam: vt Ego Antonius lego, tu Ioannes audis. Et requiruntur quatuor in Euocatione: Persona euocans, Persona euocata, Remotio copulæ, & verbum cōueniens cum persona euocante.

Appositio, est immediata duorum substantiuorum coniunctio, quorum alterum exponit alterum: vt Miratur molem Aeneas magalia quondam. Et requiruntur duo in appositione: Dictio apponens, & dictio apposita.

Prolepsis, est attributio proprietatis toti in suas partes diuiso: vt Interea Reges ingenti mole Latinus. Et requiruntur quinq; in Prolepsi, hoc est, Totum, Partes, Distributio partium, Proprietas, & Ordo.

Syllepsis, est diuersarum dictionum sub plurali proprietate conceptio: vt Ego & tu docti legimus. Et requiruntur quinq; in Syllepsi, hoc est, Dictio concipiens, Dictio cōcepta, Copulatiua coniunctio, vel præpositio Cum, Verbum vel nomen adiectiuum numeri pluralis. Proprietas concordans cum dictione concipiente.

Zeugma, est vnius proprietatis ad diuersas clausulas facta redditio: vt Ego & tu & Cicero scribit. Et requiruntur tria, hoc est, Plura substantiua, Copula, Proprietas quæ conueniat cum propiori substantiuo.

Antiptosis, est casus pro casu positio sub aliqua proprietate vt Vrbem quam statuo vestra est. Et requiruntur tria, hoc est, Vnum subiectum, Vna proprietas, & quod ponatur casus pro casu.

Synthesis, est attributio proprietatis vni vel pluribus copulatis, quod fit non gratia vocis, sed significati: vt Pars in frusta secant. Et requiruntur tria, hoc est, Vnum subiectũ vel plura copulata, Proprietas, & Attributio proprietatis concordans cum significato, & non cum voce.

Synecdoche, est attributio partis ad totum sub proprietate verbi vel participij, vel nominis adiectiui. vt Expleri mẽtem nequit, Nuda genu, nudoq́; sinus collecta fluentes. Et requiruntur tria, hoc est, totum, proprietas, & pars in accusatiuo posita.

LIBER QVARTVS DE CONSTRVctione Octo partium Orationis.

De Constructione verborum Actiuorum Caput primum.

VErba partim sunt personalia, partim impersonalia. Personalia sunt, quæ habent numeros & personas. Impersonalia, quæ carent numeris & personis. De quibus postea.

Personalia rursus in quinque genera diuiduntur. Actiuum, Passiuum, Neutrum, Commune, Deponens.

Actiuum verbum est illud quod desinit in o, & habet passiuum in or, & exigit ante se nominatiuum in persona agenti vel facienti, & accusatiuum in persona patienti. Eius complures sunt species.

PRIMA species verborum Actiuorũ est, quæ post se construuntur cum accusatiuo tantum. Qualia sunt.

Amo, as, aui. Por amar con pasion: vt Ego amo filium.

Redamo, as. Amar en retorno: vt Ego redamo amãtẽme.

Deamo, as. Por amar cõ mucha aficiõ: vt Teren. Deamo te.

Adamo, as, aui. Por amar como enamorado: vt Mater filiũ amat quasi adamet.

Diligo, is, dilexi. Por amar con razon y elecion: vt Ego diligo res honestas.

Colo colis colui. Por amar al mayor en dignidad: vt Ego colo Principes terræ.

Colo, is, colui. Por labrar o afeytar, o morar: vt Colo agros colo faciem, colo domum.

Traho, trahis, traxi. Lleuar, o traer por fuerça: vt Trahe me post te.

Duco, is, xi. Por lleuar o traer guiando. Teren. Duc me ad illam.

Deduco, is. Por acompañar a otro dende su casa: vt Deduc me in forum.

Reduco, cis. Por acompañar a otro hasta su casa: vt Reduc me domum.

Deduco, is: echar las naues al agua. Verg. Deducunt socij naues.

Subduco subducis. Por sacar las naues del agua. Vergilius: Subducite naues.

Ago, is. Por lleuar delante de si: vt Capellas protinus ago.

Ago, is. Por lleuar la bestia caualgando: vt Ago mulam.

Veho vehis. Por lleuar o traer encima de si: vt Vehe me humeris.

Porto, as. por lleuar o traer en su cuerpo: vt porto pecunias

Fero fers. Gero geris. Baiulo, as. Aquello mismo: vt Fero libros.

Inchoo, as, aui. Por començar. Vergilius: Nil altum mens inchoat.

Incipio, is. Por començar como quiera: vt Incipio legere, & incipio rem arduam.

Ineo, is, iniui. Por començar alguna cosa notable: vt Ineo amicitiam tecum.

Disco discis didici. Por aprender algo de nueuo: vt Disco prima elementa.

Edisco ediscis edidici: Por aprender algo de coro: vt Edidici Vergilium.

Dedisco dediscis dedidici. Por oluidar lo deprendido: vt Dedidicit pacem.

Oppugno oppugnas oppugnaui. Por combatir algun lugar: vt Oppugnauit oppidum.
Impugno impugnas impugnaui. Aquello mismo: vt Impugnauit hostes.
Propugno, propugnas, aui. Por defender lo combatido: vt Propugnat vrbem.
Expugno expugnas. Por tomar por combate: vt Expugnauit arcem.
Capio capis. Por tomar queriendo, o no queriendo: vt Cepi voluptatem, cepi molestiam.
Sumo sumis sumpsi. Por tomar por nuestra volũtad: vt Sumpsi negotium.
Paco pacas pacaui. Por apaziguar a los vencidos: vt Scipio pacauit Libyam.
Pacifico, pacificas, aui. Por aquello mismo, o hazer paz: vt Pacificauit vrbem.
Placo placas placaui. Por amansar al ayrado: vt Ego placaui illum.
Lasso lassas lassaui. Por fatigar lo que tiene anima: vt Ego lassabo hominem.
Laxo laxas laxaui. Por afloxar lo apretado: vt Laxabo vincula.
Abdico, as, aui. Por desheredar al hijo en la vida, vt Terentius: Generum abdicat.
Exhæredo, as, aui. Por desheredar en la muerte, vt Exhæredauit filium.
SECVNDA verborum Actiuorum species est, quæ præter Accusatiuum construuntur etiam cum Genitiuo vel Ablatiuo, vt Impleo granarium frumenti vel frumento; Qualia sunt hæc.
Impleo imples. Rpleo reples. Compleo comples. Por hinchir alguna cosa.
Accuso, as. Por acusar en juyzio, o fuera del, vt Accusabo te criminis vel crimine.
Incuso incusas. Por reprehendiendo quexarse de alguno,

vt Hic incusat matrem.
Postulo postulas. Por demandar en juyzio, vt Postulabo te apud iudicem homicidij, vel homicidio.
Damno, as. Por condenar, o obligar. Vergil. Damnabis tu quoq; votis, vel votorum.
Emo, Redimo, Paro, Comparo. Por comprar, vt Emo librum tanti, vel tanto precio.
Vendo, is. Venundo, as. Distraho, is. Por vender, vt Vendidi pluris & maiori precio.
Aestimo, as. Taxo, as. Appretio, as. Por apreciar, vt Aestimo centum aureis, vel quanti tu.
Animaduertendum est, quod verba precium significantia construuntur cum ablatiuo precium denotante: præterquam cum his genitiuis, tanti, quanti, pluris, maioris, minoris, tantidem, quantidem, quãtiuis, quantilibet, & quod Verg. dixit. Non assis faciunt, & Catullus Veronensis, Omnes vnius estimemus assis.
TERTIA verborum Actiuorum species est, quæ præter accusatiuum, construuntur etiam cum datiuo. Qualia sunt hæc.
Do, das, dedi. Por dar como quiera, vt Do tibi pecunias.
Dono donas donaui. Por dar gracioso y debalde, vt Dono tibi vestes.
Dedo dedis, didi. Por dar se à si mesmo, vt Hostes dedunt se victori.
Præpono, is, Præfero, fers. Antepono, is. Por preferir: vt Præpono te Homero.
Commodo, as. Por prestar lo mesmo que se torna, vt Commodo tibi equum.
Mutuo, as, aui. Por prestar lo que se torna en especie, vt Mutua mihi nummos.
Loco, as, aui. Por dar algo por alquiler. vt Tu locasti mihi domum, vel mulam.
Conduco, is, conduxi. Por tomar algo por alquiler, vt Tu conduxisti à me tabernan.

Suadeo, es, ſuaſi. Por induzir y atraer por razones, vt Ego ſuaſi tibi honeſta.
Perſuadeo, es, perſuaſi. Por induzir con effecto, vt Ego perſuaſi tibi turpia.
Dico, dicis, dixi. Por dezir, o hablar artificioſamente, vt Tu dixiſti mihi ſententiam.
Edico, is, edixi. Por mandar como juez, o principe, vt Prætor edixit omnibus legem.
Indico, is, xi. Por denunciar con ſolenidad, vt Romanis indixerunt Veijs bellum.
Credo, is, credidi. Por preſtar, o confiar, vt Credidiſti decoctori nummos.
Cõmendo, as. Por encomendar, vt Ego rogo commendes regi hominem.
Committo, committis, commiſi. Por cometer, o encomendar, o confiar, vt Committe mihi hæc.
Conſulo, conſulis, conſului. Por conſejar algo a alguno, vt Conſulo filio vtilia.
Facio facis feci. Por hazer lo que paſſa en materia de fuera, vt Feci tibi opus.
QVARTA verborum Actiuorum ſpecies eſt, quæ præter accuſatiuum principalem conſtruuntur cum altero accuſatiuo minus principali. Qualia ſunt quæ ſequuntur.
Doceo, doces, docui. Por enſeñar, vt Tu docuiſti me grammaticam & dialecticam.
Dedoceo, dedoces. Por demoſtrar ſer falſo lo enſeñado, vt Ego dedoceo te vitia.
Moneo, es. Por amoneſtar aconſejando, vt Monuiſti me iuſta, Admoneo, admones. Por traer algo a la memoria de otro, vt Ego admonui te vtilia.
Oro, oras, oraui por rogar al mayor, vt Miſeri orant principes veniam.
Rogo, as. Por rogar al ygual, vt Amicus rogat amicum opes.

Interrogo,as,aui:por preguntar,vt Interrogas me quæstionem arduam.

Flagito,flagitas,flagitaui:por demandar con importunidad,vt Flagito te libros.

Posco,is,poposci:por demandar lo honesto, vt Posco te rem honestam.

Postulo,as,aui:por demandar requeriendo en juyzio, vt Postulo te pecunias.

Peto,is,iui:por demandar rogando,vt Peto te rem factu facilem.

Induo,is. Vestio,is:por vestir,vt Vestiam te vel induam te diploidem. Exuo,is. Spolio,as,por despojar, vt Exuam te, spoliabo te vestem.

Cingo,cingis,cinxi. Accingo,gis,accinxi. Succingo,gis, succinxi,por ceñir,vt Succinxisti me ensem.

Calcio,as:por calçar,vt Calciabo te soleas, vel cothurnos. Excalcio,as:por descalçar,vt Excalciabo te omnia, quæ alius calciauit.

Quinta species verborum Actiuorum est,quæ præter accusatiuum construuntur cum ablatiuo sine præpositione, vel potius cum effectiuo, qualia sunt hæc.

Dono donas donaui:por dar insignias de honrra, vt Ego donabo te corona laurea.

Spolio,as,aui:por despojar de alguna cosa,vt Tu me spoliasti exuuijs.

Satio,as,aui. Saturo,as,aui:por hartar, vt Ego satiaui te cibo,& saturaui te pane.

Onero,as,aui:por cargar. Exonero,as,aui: por descargar, vt ego exonero te fasce.

Peto,is:pro percutio,is:por herir,vt Verg. Malo me Galatea petit.

Afficio,is,eci:pro eo quod est in bonum siue malũ aliquid facere. Afficio te voluptate. Yo te hago plazer. Afficio te muneribus. Yo te hago beneficios.

Afficio te molestia. Yo te hago pesar. Afficio te iniuria.

Yo te hago injuria.
Muto, mutas, mutaui, por trocar vna cosa por otra. vt Mutauit glandem arista.
Priuo, as, aui. por priuar o quitar algo. vt Tu me priuasti multis bonis.
Leuo, as. Subleuo, as, ui. por aliuiar. vt Ego hoc te fasce leuabo
SEXTA verborũ Actiuorũ species est, quæ præter accusatiuum construuntur cum ablatiuo & præpositione à, vel ab. Qualia sunt hæc.
Abstineo, es: por se refrenar delas injusticias. vt Ego abstineo me ab iniuria.
Contineo, es, por se refrenar de los deleytes, vt Fac contineas te à voluptate.
Accipio accipis accepi: por recebir como quiera, vt Accepi à te commoda & incommoda.
Suscipio, is: por tomar a su cargo. vt Omnia negotia suscipio à te.
Recipio, pis: por recebir, o recobrar, vt ego recepi à te libros omnes.
Eripio, pis: por librar, o arrebatar, vt Tu eripis me à malis, & ego à te pecunias.
Amoueo amoues: por quitar de alguna cosa, vt Amoue obsecro à me manum.
Aufero, aufers: por aquello mesmo, vt Aufer à me opprobrium & contemptum.
Auerto, is, auerti: por boluer se de alguna cosa, vt Auerte oculos à vanitate.

De verbis Passiuis. Cap. II.

PAssiuum verbum est illud, quod desinit in or, & habet actiuum in o, & exigit ante se nominatiuum pro persona patienti, & ablatiuum cum præpositione à vel ab, vel datiuum pro persona agenti vel facienti. vt Deus amatur à

me vel mihi. Et eius tot sunt species, quot diximus esse in verbo actiuo. Sed animaduertendum est, quòd cûm mutamus verbum actiuum in passiuum, casus cum quo verbum construitur, post accusatiuum principalem non mutatur. vt Impleo granarium frumenti vel frumento: Granarium impletur à me frumenti vel frumento. Do tibi pecunias: Pecuniæ dantur tibi à me. Doceo te grammaticam: Tu doceris â me grammaticam. Dono te corona: Tu donaris a me corona. Audio ex te grammaticam: Grãmatica auditur a me ex te. Animaduertendum est quoque, verba reciproca, & quæ dicuntur vocatiua, qualia sunt, scribor, habeor, iudicor, prædicor, agnoscor, dicor, vocor, nominor, appellor, nuncupor, & similia, construi post se eodem casu, cum quo ante se construuntur. vt Scribor fortis, vocor Antonius.

De verbis Neutris. Cap. IIII.

NEutrum verbum est illud, quod desinit in o, & non habet passiuum in or: vt seruio seruis. Eius complures sunt species.

PRIMA species verborum Neutrorum est, quæ post se construuntur cum genitiuo vel ablatiuo. vt Careo pecuniarum vel pecunijs. Cuiusmodi sunt quæ sequuntur.

Careo cares. Por no tener lo que deseamos. vt Ego careo tui, tu cares pecunijs.

Egeo eges egui. Indigeo, es, indigui. Por auer menester, vt Egeo salutis, &, salute.

Abundo, as. Redundo, as. Por abundar, vt Abundo diuitiarum. &, diuitijs.

Stô, stas. Consto, as. Por costar, vt Hic liber stat tanti, quanto precio tu emisti.

Satago, gis. Por estar solicito y congoxoso, vt Hic satagit rerum suarum. &, rebus suis.

Abstineo, abstines. Por se refrenar, vt Abstineo irarũ, &, ab iracundia.

SECVNDA species verborum Neutrorum est, quæ post se construuntur cum datiuo. Qualia sunt quæ sequũtur.

Cedo cedis cessi. Por dar a otro la ventaja, o mayoria, vt Cedo maiori.

Pareo, pares. Obedio, obedis: Obtempero, as. Por obedecer, vt Paret amor dictis.

Consulo, is. Prouideo, es. Prospicio, is. Caueo, es. Por proueer, vt Pater consulit filio.

Placeo, es. Por aplazer. Displiceo, ces. Por desagradar, vt Ego placeo tibi, Tu displices mihi.

Occurro, is. Obuio, as. Por salir al encuentro y a recebir, vt Ego occurram tibi.

Faueo, es. Studeo, es. Aspiro, as. fauorecer, vt Tu faues mihi.

Seruio seruis: Por seruir como sieruo, vt Seruus frugi seruit domino fideliter.

Inseruio inseruis. Por hazer lo que alguno quiere, vt Fac inseruias mihi.

Parco parcis. Ignosco ignoscis. Por perdonar, vt Ego parco tibi, vt ignoscas mihi.

Noceo noces. Officio, is. Por empecer, vt Non noceas mihi, ne ego officiam tibi.

Doleo doles. Por doler lo que trae dolor, vt Hoc vulnus non dolet mihi.

Indulgeo, es, indulsi. Por dar obra o regalar, vt Indulgeo literis & filio.

Insto, as, institi. Por dar priessa, vt Noli instare mihi.

Supplico, as, aui. Por rogar humilmente, vt Ego supplico tibi: & tu regi supplica.

Hæreo, es. Adhæreo, es. Por se allegar, vt Ego hæreo tibi, & adhæres mihi.

Illudo, is, illusi. Insulto, as, aui. Por burlar escarnesciẽdo, vt Tu illudis capto.

Inuideo, es. Por auer embidia, vt Omnibus inuideas, inuide, nemo tibi.

Impono, nis, imposui. Por engañar, vt Facile est barbaro

imponere regi.
Incesso, incessis incessi. Por acometer, vt Regibus incessit magno discordia motu.
Inuado, is. Por lo mesmo, vt Tāta inuasit cupiditas plærisq́;.
Incumbo, is, bui. Por poner las fuerças en algo, vt Validis incumbite remis.
Volo vis, cum bene iunctum. Por querer bien, vt Non bene tibi vult qui accusat.
Cupio, is, cum bene iunctum. Por lo mesmo, vt Quod bene cupio Glycerio.
Timeo, times, timui. Por temer que no venga mal a otro, vt Pater timet filio.
Metuo metuis, Por lo mesmo, vt Inopi metuens formica senectæ.
TERTIA verborum Neutrorum species est, quæ post se construuntur cum ablatiuo sine præpositione: vel potius cum effectiuo. Qualia sunt.
Fragro, as. Por oler dādo de si olor, vt Redolentq́; thymo fragrantia mella.
Flagro, as. Por encēderse, vt Flagratq́; cupidine currus.
Ardeo, es. Por arder, vt Ardet amore pari, qui scit se amari
Exardeo, es, exarsi. Por mucho arder, vt His dictis subitas exarsit in iras.
Aestuo, as. Por hauer mucho calor, vt Oceanus lunaribus æstuat horis.
Caleo, es. por escalētarse, vt ego caleo febri, tu cales amore
Frigeo friges. Algeo alges, Por enfriarse, vt Tu friges dio, ego algeo pluuia.
Fluo, is. Mano, as. Por correr, o manar, vt Locus fluit lacte, & fons manat aqua.
QVARTA verborum Neutrorum species est, quæ post se construuntur cum ablatiuo & præpositione â, vel ab, ad similitudinem verborum passiuorum in persona agente vel faciente: ante se vero exigunt nominatiuum personæ patientis. Qualia sunt hæc.

Exulo, as. por ser desterrado: vt Homicidæ exulant à prætore.
Vapulo, as: por ser herido: vt Discipuli vapulãt à magistro.
Veneo, is, veniui vel veni: por ser vendido: vt Serui veneunt à mangone.
Fio, fis, factus sum: por ser hecho: vt Templum fit ab architecto.
Liceo, es, ser puesto en precio o en almoneda: vt Liber licet à me.
Quinta verborũ Neutrorũ species est, quæ post se cum nullo casu construuntur nisi media præpositione: vt Ego viuo in vrbe. Qualia sunt quæ sequuntur.
Viuo, is, por viuir: vt Viuat Gabijs, vt dixit in vrbe.
Eo, is, iui, por yr. Adeo, is, por yr a lugar, o a persona: vt Adeo vrbem, adeo Antonium.
Obeo, obis: por morir. Exeo, is, por salir de lugar: vt Obijt & exiuit de vita.
Nato, as, por nadar. Enato enatas: por salir a nado: vt Natat in flumine, & enatat.
Sto stas, por estar en pie. Sedeo sedes: por estar assentado: vt Ego sto, tu sedes.
Salio, salis, por saltar. Salto saltas: por baylar, o dançar: vt Ego salio, tu saltas.
Ambulo, as, por andar. Deambulo, as, por passearse: vt Ante cœnam deambulo.
Incedo incedis, por andar cõ pompa y aparato: vt Ast ego quæ diuum incedo regina.
Sapio sapis, por saber. Desipio desipis, por enloquescerse: vt Modo sapit, modo desipit.
Resipisco, resipiscis, por tornar en su seso el que enloquescio: vt Resipiscit ex phreniti.
Contendo contendis. Certo, as. Pugno, as, por pelear o contender: vt Contendo tecum.
Concurro concurris, por encõtrarse con otro: vt Noli concurrere mecum.

Constituo constituis constitui, por concertarse con otro. vt ego constitui cum illo.

Attineo attines, pertineo, es, por pertenecer: vt Hoc attinet siue pertinet ad me.

Animaduertendum est, hoc verbum Sum es fui, post se construi cum nominatiuo: vt Ego sum Antonius. Cũ genitiuo: vt Virtus est hominis. Cum datiuo: vt Tu es mihi magister. Cum septimo casu: vt Vir est singulari eloquentia. Cũ hoc nomine opus, omnibus fere casibus iũgi potest.

Sunt præterea quædam alia verba, quæ dicuntur substantiua, desiderantia post se casum similem præcedenti: vt Existit inutilis, extat incorruptus, manet immortalis, viuit fœlix, & similia.

Sunt & alia, quæ cum sint intransitiua, reciprocantur tamẽ: vt Incedo tristis, ambulo lętus, euado doctus.

Præterea verba illa quæ dicuntur neutra transitiua, iudicio meo nihil habent quod illis repugnet, cur non dicamus actiua: cum etiam si natura repugnaret, sermo idcirco non deberet esse mãcus. Nam si recte dicitur, Comederũt Iacob, & Domus tuę zelus comedit me, recte quoque dicet Iacob, Ego sum comesus sicut & Iuuenalis dixit. Et cito rapturus de nobilitate comesa, Quod superest.

Præterea verba quæ dicuntur ad solam naturam pertinere ego non video cur non recipiant omnes numeros & personas: vt Ego non sereno, ego non grandino.

Præterea nullum esse verbum actiuum, quod nõ posit esse absolutum, si post se cum nullo casu construatur: vt si dixeris, Ego amo.

Prętere a verba neutra posse construi cũ accusatiuo rem verbi significante: vt Ego viuo vitam eo iter, ambulo viã seruio seruitutem, furio furorem, certo certamen, pugno pugnam, pecco peccatum.

Præterea nullũ esse verbũ, quod non cũ accusatiuo vel ablatiuo significante tẽpus, indifferenter construi posit.

Pretereà complura esse verba neutra absoluta, quæ figurate accusatiuo iungi possunt: vt Depereo virginẽ, & Corydon ardebat Alexin. Illa quoque ex idiomate sermonis Latini dicuntur. Hoc latet me. Nescio quis me manet exitus, & Olet vnguentum, sapit picem, & similia.
Omnia etiam verba neutra posse iungi datiuo significanti illum cuius voluptati, aut molestiæ: damno, aut commodo, aut deniq; cuius gratia aliquid fit. Vergil. Cui pendere sua patereris in arbore poma.

De verbis Deponentibus. Cap. IIII.

DEponens verbum est illud quod in or desinit, & non habet actiuũ in o, retinetq; tamen actiui significationẽ: vt Ego loquor verba. Eius cõplures sunt species.
PRIMA species verborum Deponentium est, quę post se cõstruuntur cũ genitiuo. Qualia sunt quæ sequuntur.
Misereor misereris. Por auer misericordia: vt Miserere animi non digna ferentis.
Obliuiscor obliuisceris, oblitus sum. Por oluidarse: vt quis malorum non obliuiscitur?
Reminiscor, eris. Recordor, aris. Por recordarse: vt Reminiscere bonorum.
SECVNDA verborum Deponentium species est, quæ post se construuntur cum datiuo. Qualia sunt hæc.
Opitulor, aris. Auxilior, aris. Por ayudar: vt Opitulare mihi auxiliabor tibi.
Suffragor, garis. Por ayudar con el voto: vt Rogo te, suffragare mihi.
Refragor, aris. Por estoruar con el voto: vt Peto à te, ne refrageri mihi.
Patrocinor, aris. Por defender en juyzio: vt Ego patrocinabor tibi.
Adulor, aris. Assentor assẽtaris. Palpor, aris. Por lisonjear: vt Ne aduleris malo.
Blandior blandiris. Por aquello mismo, o halagar: vt Cur blandiris potentiori?

Gratulor,aris. Por auer plazer del bien de otro: vt Gratulor tibi fortunis aucto.

Irascor irasceris. Por se esañar de otro: vt Tibi pol iratus sum Philumena.

Assentior assentiris. Por sentir y consentir con otro: vt Senatus mihi assensus est.

Insidior,aris Por assechar a otro: vt lupus insidiatur ouibus

Obsequor obsequeris. Por obedecer: vt Ego obsequor tibi: vt obsequaris mihi.

TERTIA verborum Deponentium species est quæ post se construuntur cum accusatiuo. Qualia sunt hæc.

Solor,aris. Consolor,aris. Por consolar: vt Solare egenum consolare orbum.

Execror,aris. Abominor,aris. Detestor,aris. Auersor,aris. Por maldezir: vt Execror te.

Sequor,eris,sequutus sum. Por seguir: vt Sequere Italiam ventis.

Consequor,eris,sequutus sum. Por alcançar: vt Consequor id,quod volo.

Fateor,eris. Por cõfessar por su volũtad: vt Fateor fatẽda.

Confiteor confiteris. Por confessar sin su voluntad: vt Cõfiteor confitenda.

Diffiteor diffiteris. Por no confessar o negar: vt Diffiteor neganda.

Precor,aris. Por rogar: vt Sæpe precor mortem.

Deprecor,aris. Por rogar, o abominar: vt Mortem quoque deprecor idem.

Demereor demereris. Por obligar por beneficio: vt Demereor amicum.

Causor,aris. Por traer ocasion, o achaque: vt Locum immeritum causatur.

Aemulor,aris. Imitor aris. Por remedar: vt Aemulor patrẽ Imitor matrem.

Quarta verborum Deponentium species est, quæ post se construuntur cum ablatiuo, siue septimo casu. Qualia

sunt hæc quæ sequuntur.

Lætor, aris. Delector, aris. Por se alegrar: vt Lætor meis rebus, & delector tuis.

Vtor, eris. Por vsar: vt Rogo te, vtere meis omnibus rebus.

Potior potiris. Por alcançar lo desseado: vt Optata Troës potiuntur arena.

Vescor, eris. Por comer: vt Capræ vescuntur frondibus.

Fungor, eris. Por vsar de oficio: vt fungor meo munere.

Fruor, eris. Por gozar de algo: vt fruimur honestis, & quę sunt propter se expetenda.

QVINTA verborum Deponentium species est, quæ post se cum nullo casu construuntur, nisi media prępositione. Qualia sunt hęc quę sequuntur.

Iocor iocaris. Por burlar de palabras: vt Cicero iocatus est in Antonium.

Grassor grassaris. Por saltear para robar: vt Clodius grassabatur per vrbem.

Castrametor, aris. Por assentar real: vt Cæsar castrametatus est in alpibus.

Labor laberis. Por caer o resbalar deslizando: vt Caue labaris in lubrico.

Rusticor, aris. Por estar en el campo, o en heredad: vt Rusticatur in otio.

Philosophor, aris. Por estudiar en Philosophia: vt Philosophatur in vrbe.

Tumultuor, Por hazer bullicio: vt Tumultuatur in castris.

Cachinnor, aris. Por reyr demasiado: vt Cachinnatur in cõuiuio.

SEXTA verborum Deponentium species est, quæ post se construuntur cum ablatiuo & præpositione a vel ab. Qualia sunt hæc.

Orior, iris vel eris. Nacer: vt Ortus à patribus honestissimis.

Nascor nasceris. Por aquello mismo: vt Natus à clarissimis maioribus.

Patior, eris, Por padecer: vt Rustici patiuntur à ciuibus.

De verbis communibus. Cap. V.

COmmune verbum est, quod desinit in or: & nõ habet actiuum in o, & retinet actiui & passiui significationẽ vt Ego amplector te; tu amplecteris à me. Pauca huius generis reperiuntur. Hęc ferè.

Complector, eris. Amplector, eris. Por abraçar, y ser abraçado. vt Complector te, & à te.

Osculor, aris. Por besar, y ser besado: vt Ego osculor te: & tu oscularis à me.

Criminor, aris. Por acusar, y ser acusado: vt Ego criminor te, & tu à me.

Experior experiris. Por experimentar, y ser experimentado: vt Experior illam, & illa à me.

Veneror, aris. Por honrar, y ser honrado: vt Ego veneror Deos: & Dei à me.

Interpretor, aris. Por declarar, y ser declarado: vt Ego interpretor obscura: & illa à me.

Largior, iris. Por dar, y ser dado: vt Largior pecunias: & pecuniæ largiuntur à me.

De verbis diuersorum generum, atque sub eodem genere diuersarum formarum. Cap. VI.

ABstineo me ab iniurijs. No hago iujuria a otro. Actiuũ sextę speciei.

Abstineo manum à muliere. Por no tocar a muger. Actiuum est eiusdem speciei.

Abstineo iratum. Por no enseñarse. Neutrũ primę speciei.

Abeo domum vel ad domum. Por yr a casa. Neutrum quintæ.

Adulor tibi vel te. Por lisonjearte. Deponent. secundę & tertię.

Admoueo tibi manum. Yo llego la mano a ti. Acti. tertię speciei.

Amoueo à te manũ. Yo quito la mano de ti. Actiuũ sextæ.

Aduersor tibi. Yo te contradigo, o soy te contrario. Deponens, secundę.

Auersor te. Yo huyo de ti, & abominor te. Depo. tertię.
Audio te, audio vocem. Por oyr el sonido tuyo. Actiuum primę.
Audio à te, vel ex te, vel de te. Por oyr tu doctrina. Acti. sextę.
Audio tibi vel inaudio. Por obedecerte. Neutrum secũdæ.
Audio male, absolutum. Por ser infamado. Neutrũ quintę.
Assentior tibi, vel assentior tibi hoc. Por conceder, y consentir con otro. Deponens secundæ & tertiæ.
Assentio tibi, vel assentio tibi hoc. Por aquello mismo. Neutrum & actiuum.
Caueo tibi. Yo te proueo. Caueo te. Huyo de ti. Neutrum & actiuum.
Careo te, vel Careo tui. Carecer de ti. Neutrum primæ & tertię.
Committo tibi libros. Por encomendarte los libros. Acti. tertię.
Committo prælium vel milites. Por trauar pelea. Actiuum primę.
Committo vt non colam parentes. Por pecar. Neutrum quintæ speciei.
Credo tibi, & credo tibi hoc. Creer. Neu. secundę, & Acti. tertię.
Credo tibi pecunias. Por prestarte los dineros. Actiuum tertię.
Consulo tibi. Por proueerte, o darte conseio. Neut. secũdę speciei.
Consulo te. Por demandarte consejo. Actiuum primæ speciei.
Consulo boni. Por echarlo, o juzgarlo a buena parte. Neutrum secundæ speciei.
Commendo te Regi. Por encommendarte al Rey. Actiuũ tertiæ speciei.
Commendo te apud Regem. Por alabarte delãte el R...
Actiuum primę speciei.

Certo tibi, vel Certo tecum. Por cõtender contigo. Neutrũ secundæ & quintæ speciei.
Contendo tibi, vel tecum. Por aquello mismo. Neutrum secundæ & quintæ speciei.
Congredior tibi, vel tecum. Por encontrar contigo. Deponens secundæ & quintæ speciei.
Constituo tibi, vel tecum. Por concertar contigo. Neutrũ secundę & quintæ speciei.
Do tibi pecunias. Por darte dineros. Actiuũ tertiæ speciei.
Do tibi literas ad amicum. Para que se las lleues. Actiuum eiusdem speciei.
Do ad te literas. Para que en ausencia las leas. Actiuum primæ.
Do tibi pecunias dono. Por darte los dineros graciosos. Actiuum tertiæ speciei.
Dono tibi pecunias. Aquello mismo. Actiuum eiusdem speciei.
Dono te corona. Darte corona en señal de honra. Actiuũ quintæ.
Dolet mihi caput, proprie. Doleo caput, figurate. Neutrũ secundæ.
Doleo vicem tuam. Pesa me de tu fortuna y desdicha. Figuratum.
Dego, is, absolute: vel Dego vitam. Por viuir. Neutrum quintæ.
Exigo te pecunias, vel exigo à te pecunias. Actiuũ quartæ & sextę.
Exeo domum, vel exeo domo. Por salir de casa. Neutrum quintę.
Facio tibi iniuriam. Por hazer te injuria, &c. Actiuum tertiæ.
Facio te maximi. Por estimar te en mucho. Actiuum secundæ.
Facio te certiorem. Por auisar te. Actiuum primę speciei.
Facio tecũ, Por cõuenir y cõcertar cõtigo. Neutrũ quintę.

Induo te vestē. Por vestirte la vestidura. Actiuum quartę.
Induo te veste. Por aquello mismo. Actiuum quintæ.
Induo tibi vestem. Por aquello mismo. Actiuum tertię speciei.
Ignosco tibi, vel Ignosco tibi peccatum. Por te perdonar. Neutrum & Actiuum.
Inuideo tibi, vel Inuideo tibi vestem. Por auer te enuidia. Neutrum & actiuum.
Illudo tibi, vel Illudo de te. Por hazer de ti burla. Neutrū & actiuum.
Indulgeo tibi. Regalar y tratarte delicadamente. Neutrū secundę.
Indulgeo operam literis. Dar obra a las letras. Actiuum tertiæ.
Impono tibi onus. Por ponerte carga a cuestas. Actiuum tertię.
Impono tibi. Por engañarte. Neutrum secundę speciei.
Incesso tibi. Inuado tibi, Tentarte, o acometerte. Neutra secundæ.
Incesso te, Inuado te. Por aquello mismo. Actiua primę.
Lætor malorum vel malis. Por alegrarse con los males. Deponens primę & quartę.
Manat aqua ex fonte, vel fons manat aqua. Por manar, Neutrum quintæ & tertiæ.
Moneo te rem honestā, Amonestarte lo honesto. Actiuū quartæ.
Admoneo te honestorum, Traerte a la memoria. Actiuum secundæ.
Misereor innocentis. Auer misericordia del innocente. Deponens primę.
Misereor innocentem. Por aquello mismo. Deponens tertiæ.
Miseret me innocentis, Aquello mismo. Impersonale quintæ.
Metuo tibi. Por auer miedo quę te vēga mal. Neut. secūdę.

Metuo te. Por auer miedo de ti. Actiuum primæ.

Noceo te, vel Noceo tibi. Empecerte. Neutrũ secundę, & actiuum primæ.

Oro te, vel à te rem honestam. Por demãdarte lo honesto. Actiuum quartæ & sextæ.

Oleo vnguentum. Por oler a vnguento. Neutrum figuratum.

Olet mihi vnguentum. Olerme el vnguento. Neutrum secundæ.

Olfacio vnguentum. Por oler yo el vnguento. Actiuum primæ.

Obliuiscor tui, vel te. Por oluidarte. Deponens primę & tertię.

Palpor tibi. Por lisongearte, o halagarte. Deponens secundæ.

Palpo te. Por aquello mismo. Actiuum primæ.

Pugno tibi, vel pugno tecum. Por pelear contigo. Neutrũ secundę & quintę.

Prouideo tibi. Por proueerte y mirar por ti. Neutrum secundę.

Prouideo te. Por mirarte de lexos. Actiuum primę.

Pareo tibi. Por perdonarte los errores. Neutrum secũdæ.

Parco tibi pecunias. Por guardarte los dineros. Actiuum tertię.

Pareo tibi, vel pareo tibi omnia. Por obedecerte. Neutrũ secundæ, & actiuum tertiæ.

Postulo te, vel à te debitũ. Por demandarte la deuda. Actiuum quartę & sextæ.

Postulo te repetundarum. Demãdarte los cohechos. acti. secundæ.

Peto te, vel à te libros. Por demandarte los libros. Actiuũ quartæ & sextæ.

Peto te lapide. Herirte cõ piedra. Actiuum quintę speciei.

Potior virgine. Por yo alcanço la donzella quæ desseaua. Deponens quartæ.

Potior rerum. Por alcançar el imperio de las cosas. Depo. primę.
Reminiscor tui, vel te. Recordarme de ti. Depo. primæ & tertiæ.
Salio, is, Por saltar. Salto, as. Por dançar. Neutra quintæ.
Salit ouem aries. Por saltar sobre ella. Actiuū primæ.
Timeo tibi. Auer miedo que te venga algun mal. Neutrū secundæ.
Timeo te. Por auer miedo de ti. Actiuum primę.
Vescor panem vel pane. Por comer pan, Depo. tertiæ & quartę.
Vtor panē vel pane. Por vsar de pan. Deponens tertiæ & quartę.

De verbis Impersonalibus. Cap. VII.

VErbū Impersonale duplex est. Actiuę vocis, quod est simile tertijs personis actiuæ vocis: vt Miseret, Pudet. Passiuæ vocis, quod est simile tertijs personis passiuæ vocis, vt Curritur, statur, de quo paulò post dicemus. Sed verborum impersonalium actiuæ vocis complures sunt species.

PRIMA verborū impersonaliū actiuæ vocis species est, quę ante se exigunt genitiuū, & post se infinitiuum, & sunt duo: Interest & Refert: vt Pręceptoris interest docere. Senatoris refert administrare Rempublicā. Construūtur verò cū ablatiuo generis fœminini numeri singularis horū pronominū, mea, tua, sua, nostra, vestra. Adde etiā ab hoc nomine Quis vel qui, cuia: vt Mea interest legere. Tua refert audire. Cuia interest profiteri, eius interest salarium percipere.

SECVNDA verborū impersonaliū actiuę vocis species est, quę ante se exigunt datiuū, & post se infinitiuum: vt Accidit mihi febrire. Acontece me tener fiebre.
Contingit mihi ire. Acontece me yr.
Euenit mihi docere. Acontece me enseñar.
Conuenit mihi audire. Conuiene me oyr.

Placet mihi legere. Plaze me leer.

Licet mihi amare. Yo puedo amar.

Expedit mihi proficisci. Es me vtil partir.

Vacat mihi dormire. Vaga me dormir.

Constat mihi te insanire. Es me cierto que eres loco.

Patet mihi te esse ignarum. Es me claro que eres necio.

TERTIA verborum Impersonalium species est, quæ ante se construuntur cum accusatiuo, & post se cum infinitiuo: vt

Delectat me audire. Plaze me oyr.

Iuuat me cantare. Plaze me cantar.

Oportet me docere. Conuiene me enseñar.

Decet me legere. Es me honesto leer.

QVARTA verborum impersonalium species est, quæ cum iunguntur infinitiuis verborum impersonaliũ proprie sic dictorum, impersonalia sunt: alias verò personalia: vt Incipit me tædere vitiorum. Comienço auer enojo de los vicios.

Desinit vos pudere. Vosotros dexays de auer verguẽça.

Solet bonos pigere. Suelen los buenos auergonçarse.

Debet malos pudere. Deuen los malos auergonçarse.

QVINTA verborũ impersonaliũ species est, quæ ante se construuntur cũ accusatiuo, & post se cũ genitiuo vel infinitiuo, & hæc sunt proprie impsonalia (si vlla sunt.) vt

Pœnitet me vitæ. Pesame de la vida, vel Pœnitet me legere, Pesame leer.

Piget me patris. Verguença he de mi padre, vel Piget me audire. Pesame oyr.

Pudet me peccati. Verguença he del pecado, vel Pudet me docere. Verguença he de enseñar.

Miseret me pauperis. Misericordia he del pobre.

Tædet me ciborum. Enojo he de los manjares.

VErba Impersonalia passiuæ vocis semper significant actionem cum quadam generalitate, suntq; proprie à verbis neutris absolutis, vt Curritur, cõcurritur, statur,

pugnatur, itur, certatur. Transfigurantur tamē (vt dicit Diomedes) à verbis neutris, quę datiuum casum in seriem orationis recipiunt: vt Nihil mihi noceri potest. Cum accusatiuo verò nullo modo construi possunt, sed neque cum ablatiuo cum præpositione a vel ab, nisi generalitatem illam explicet. vt Ab omnibus reclamatur, hoc est, quod omnes reclamant. Quòd si vspiam apud autores reperiatur exemplum, quod huic præceptioni repugnet, illud erit perquā rarum, & quod non posit vsum consuetudinemq́ efficere atque ex consequenti neque in artem redigi. Habent verba impersonalia sua participia similia participijs vocis passiuæ in neutro genere, quasi substantiue posita, vt Itum est, eundum est, ab eo quod est Itur, ibatur, ibitur.

De Infinitiuis. Caput VIII.

INfinitiuus dicitur, quia non habet determinatos numeros & personas, & construitur ante se cum accusatiuo personæ agentis in actiua significatione, & in passiua personæ patientis: post se verò construitur cum casu verbi à quo descendit, vt Me amare Deum, pium est: me amari à Deo, fœlicissimum est. Me carere voluptatibus & inseruire amicis, & misereri innocentis, iucundum est. Dicimus tamen. Volo esse doctus, & Natura beatis omnibus esse dedit. Sed non dicimus, Videor mihi esse docto, sed doctus: &, Volo me esse poëtam, & non poeta. Verba infinitiua volunt determinari à verbis voluntarijs, quæ Græci proęreticа dicunt, qualia sunt, Volo, cupio, desidero, opto, debeo, habeo, & similia. Iunguntur tamen aliquando etiam alijs verbis & nominibus adiectiuis: sed figurate, aut ad imitationem Græcorum, vt Video illum sapere, & Iampridem à me illos abducere. Thestylis orat: Illud quoque. Et cantare pares, & respondere parati.

Circūloquimur futurum infinitiui modi vocis actiuæ per hoc verbum Ire, & primum supinū: Verbi impersonalis

verò & passiuæ, per hoc verbũ Iri, & idẽ supinum, vt Spero me amatum ire deum, vel, deum amatum iri à me.
Alio modo circumloquimur idem futurum per participiũ futuri in rus, & hoc verbum Esse in actiua: & per participium futuri in dus. & idem verbum Esse in passiua: vt Spero me amaturum esse Deum, vel, Deum amandum esse à me.
Posuimus præterea proprium infinitiui futurum simile participio futuri in rus, in voce actiua, & participio futuri in dus in voce passiua: iungiturq; omnibus generibus vtriusque numeri, eo tamen non vtimur: vt Spero virginem nupturum tibi, &, virgines nupturum viris, & spero fœminas amaturum viros: &, viros amandum à fœminis. Vergil. Et pacem Troiano ab rege petendum, & Lucretius, Aeternas quoniam pœnas à morte timendum.

DVo de triginta anni sunt, ex quo primas Introductiones Grammaticas Hispanæ Reipublicæ vsui publicaui: vnde quantum vtilitatis sit consecutum, alij melius incorruptiusq; iudicabunt. Interim tamen nunquam destiti admonere eos, qui hanc artem profitebantur, vt si quid inuenirent, quod operi nostro posset conducere (me prius consulto) suis in locis adderent. Atque imprimis Alphonsum Aluarez non vulgaris ingenij virum, quo cum in ijs studijs, quibus ego delector, fuit mihi iucundissima consuetudo. Is retulit ad me quosdam locos, qui sibi videbantur commodius in arte tractari posse, quàm sunt à me præscripti: vt quod de infinitiuo modo, atque Comparatiuis & Superlatiuis in hac parte subieci: quæ quia non fuit mihi tempus diiudicandi, aliorum iudicio examinanda relinquo. Mihi certe prima fronte summopere placuerunt, atque alijs proinde placitura spero. Infinitiua, inquit, aut nomina sunt, aut verba, aut participia. Nomina, cum in casu posita, cum tempore non significant, vt Scire tuum nihil est. Participia, cum & sunt in casu, & cum determinato tem-

pore ſignificant: vt Miſerum eſt nunquam fuiſſe. Iucundum eſt didiciſſe. Verba verò, cum ſine caſu, & cum tempore ſignificant. Ex ijs quædam imperſonalia ſunt, vt Pœnitere, pugnari, quæ in conſtructione nihil prorſus à ſuis verbis diſſentiunt, niſi quod eorum oratio imperfecta eſt, indigetq́ue alterius adminiculo, vt perfectum ſenſum ſignificet, vt reliquæ infinitæ orationes. Infinitiua imperſonalia, vnica voce omnes numeros & perſonas complectuntur: eſt enim Amare tribus vtriuſque numeri perſonis commune. Sed ideo infinitum appellatum eſt, quòd per ſe prolatum, parum determinatas habeat perſonas. Determinatur tamen per adiunctionem ſuppoſiti: vt me Amare deum. Primæ perſonæ numeri ſingularis eſt: te amare Deum, ſecundæ perſonæ eiuſdem numeri, &c. Determinatur quoque verbum infinitiuum à verbis voluntarijs & paſsiuis reciprocis, & quibuſdam violentiam aut imperium ſignificantibus: hæc enim trahunt infinitiuum ad ſuum numerum & perſonam, vt Volo legere, Nolo mori. Plato dicitur omnium ſapientiſsimus fuiſſe, Iubeor in ſenatum venire. Iureiurando cogor vera dicere.

Conſtruuntur infinitiua perſonalia ante ſe cum accuſatiuo in actiua ſignificatione perſonę agentis, in paſsiua perſonæ patientis: poſt ſe verò exigunt caſus, quos & verba à quibus deſcendunt.

Infinitiua vero à verbis ſubſtantiuis atque reciprocis, poſcunt poſt ſe caſum ſimilem præcedenti: vt Volo eſſe poëta. Cupio dici ſapiens. Volo te eſſe poetam. Cupio te dici ſapientem. Licet omnibus eſſe beatis: tametſi poſſet quoque dici, Licet omnibus eſſe beatos.

Infinitiua omnia tempora habuerunt: vt Amare, amauiſſe, amaturum, in actiua voce. In paſsiua, Amari, amatum, amandum: pugnari, pugnatum, pugnandum. Sed nunc his vocibus non omnibus vtimur. Circumloquimur enim præteritũ paſsiuæ vocis per participiũ præteriti &

verbum esse vel fuisse: vt Pugna dicitur cōmissa esse. & Dicũt pugnã commissam esse & audio pugnatum esse.

Circumloquimur quoque futurum eiusdem modi vtriusq; vocis per suum cuiusque participium futuri cum hoc verbo esse. vt Hic creditur venturus esse, Ille dicitur accusandus esse, vel Hunc dicunt venturum esse, Illum verò accusandum esse, & Spero mihi meliori conditione viuendum esse.

Circumloquimur quoque idem tempus passiuę vocis per primum supinum cum hoc verbo Iri: vt Spero me amatum iri: & Suspicor inter nos pugnatum iri.

Vtimur pręterea futuro infinitiui verborum deponentium & quorundam neutrorum simili participio verbi imper sonalis: vt Scio moriendum esse mihi, & carendum esse sensibus, id est me moriturum & cariturum esse.

De Gerundijs. Caput IX.

GErundia sunt qui verbis annumerẽt, quia regunt casus. Sunt qui Nominibus, quia habent casus. Sunt qui Nomina participialia esse dicant, quòd in quibusdam Nomini, in quibusdam Participio similia sunt. Nobis tamen, vt captiones euadamus, dicendum est, esse aliam partem orationis, quæ tamen habeant maximam similitudinem cum Nomine. Neque enim id mirum videri debet alicui, cum alij plures, alij pauciores quam octo partes orationis posuerint.

Gerundia ante se casum non regunt. Nam inaudita est in sermone Latino constructio illa, In conuertendo dominus captiuitatem Sion. Et illud. In deficiendo ex me spiritum meum. Illud quoque, In conueniendo populos in vnum. Post se regunt casum verbi à quo descendunt: vt Tempus est carendi voluptatibus, inseruiẽdi amicis, amãdi Deum.

Gerundia, aut sunt substantiua, aut adiectiua. Gerundia adiectiua, omnia genera & numeros & casus habent, & iũguntur substantiuis, significantq; semper passionem,

vt Voluenda dies(en)attulit vltro, id est, volubilis: hoc est, quę voluitur. Iusiurandũ, hoc est, quod iuratur. Est mihi cura iurisdicundi, & Do operam iuridicundo, & Veni ad iusdicundum, & Delector iuredicundo.

Gerundia substantiua tantummodo reperiuntur substantiuata in genitiuo, accusatiuo, & ablatiuo generis neutri, quorum nominatiuus est Amare, cum pro nomine vsurpatur: vt Est mihi cura soluendi pecunias. Venio ad soluendum pecunias, & Delector soluendo pecunias. Reperitur etiam gerundium datiui. vt Ego non sum soluẽdo. Nescio tamen an post se cum accusatiuo casu posit construi.

Gerundia substantiua a verbis actiuis, significant actionem & passionem, prӕterquam quòd gerundiũ genitiui semper significat actionem. A verbis neutris actionem significantibus gerundia significant actionem tantum: A neutris passionem significantibus, passionem tantum. A communibus & deponentibus, actionem & passionem.

Inter gerundia adiectiua & Participia hӕc est differentia, quòd gerundia significant rei administrationem, siue habitũ sine tẽpore. saltem determinato ad futurũ, resoluunturq́ in gerundia substantiua. vt, Est mihi cura iurisdicundi, id est, dicendi ius. & Delector iuredicundo, id est, dicendo ius. Participia verò significant tempus futurum in actu siue rei administratione: vt Ius dicendum est a me, id est, dicetur. Causa est a me oranda, id est, orabitur.

Gerundia accusatiui iunguntur frequenter his prӕpositionibus, ad, ob, propter, inter, ante. vt Ad numerandũ, vel ob numerandum, vel propter numerandum pecunias veni. Propter orandum causas studeo. Inter agendum capras, Ante domandum boues.

Gerundia vero ablatiui iunguntur cum his prӕpositionibus, In. de, ex, a, ab. vt In nauigando venti posuerunt. & Est libellus Hieronymi de videndo Deo. & Ex defendẽdo, quam ex accusando maior gloria comparatur.

Aduertendum etiam est, quod gerundia adiectiua in accusatiuo semper iunguntur præpositionibus illis. vt Ad numerandas vel ob numerandas, vel propter numerandas pecunias veni. præterquam cum his verbis Loco, conduco, mando, curo, habeo pro debeo. vt Ego locaui faciẽdam sepulturam.

Animaduertendũ quoq; est, gerundium genitiui singularis recte iungi substantiuo plurali, vt Plautus: Nominandi tibi istorũ magis erit quam edundi copia. Aut dicere possumus quod regit post se genitiuum casum.

❡ De verbis supinis. Caput. X.

QVod de gerundijs diximus, idem de supinis dici potest, esse aliam ab octo partibus orationis, nisi quod gerundia participijs, supina verbis annumerari possunt.

Primum supinum semper iungitur verbo significanti motũ ad locum. vt Eo deambulatum, vado venatũ, significatq; semper actionem, nisi sit â verbis neutris passionem significantibus. Nam illa. Do filiam nuptum, Venum do seruos, Spectatum admissi risum teneatis amici, motum in se continent. sicut & illa superiora.

Vltimũ supinum semper iungitur nomini adiectiuo, non tanquã substantiuũ, sed tanquàm verbũ: regiturq; ab eo, & significat passionẽ. vt Res est horrenda dictu, id est, vt dicatur. Miserabilis visu, id est, vt videatur. Ex quo sequitur, quòd neq; potest iungi verbo: vt Grãmatici indocti dicunt, venio lectu. neque ponitur pro nomine, vt Priscian. dicit, Venio venatu, pro de venatione, neque iũgit sibi adiectiuũ neque recipit præpositionẽ, neque regit nomen. Quod si dixeris, Bonus ciuis dignus est gubernatu dubitaueritq; aliquis, gubernatu vtrũ sit nomen an verbũ supinũ, ex adiũctis tolletur hæc ambiguitas. Nã cũ est nomẽ, genitiuũ regere potest: vt dignus gubernatu reipublicæ, & iũgit sibi nomẽ adiectiuum, vt Dignus magno gubernatu & recipit præpositionem, vt Recessit ex gubernatu

tu. Cùm vero est verbum supinum (quemadmodum diximus) nihil tale habet, sed tantum a nomine adiectiuo regitur, & in verbum passiuum resóluitur.

De constructione Participij. Cap. XI.

PArticipium eodem modo iungitur Nomini & Pronomini & Verbo, quo nomen adiectiuum: post se vero desiderat casum, cum quo construitur verbum a quo descendit, vt Amans filium, amaturus deum. Amatus a patre. Amandus ab vxore. Inseruiens amico, Inseruiturus propinquis. Carens voluptatibus. Cariturus turture magno.

Sunt nomina participijs similia, vt Amans, doctus, quæ sola constructione discernuntur. Nam cùm dico Amans vxorem, Participium est: Amans vxoris, nomen est: sed cum sunt nomina, recipiunt comparationem, vt Amãtior vxoris, amãtissimus vxoris. & doctior Cicerone, doctissimus omnium. Tempore quoque possunt discerni, nã cum dico Est amandus a me, significat quod a me amabitur: cùm vero tantum. Est amandus, quod est dignus amari. Vix tamẽ sub hac forma recipit comparationem: nam quòd quidã dicunt Reuerendissimus, colendissimus, obseruandissimus: ego dicerem potius, Admodum reuerendus, perquã colendus, plurimûm obseruandus, & alia simili modo.

De nominum Constructione cum alio casu. Caput. XII.

NOmina quoque cum casibus construuntur, quædam cũ genitiuo, qualia sunt nomina adiectiua certæ cuiusdam significationis: vt, Integer vitæ. Sceleris purus. Prꝫceps animi. Prodigus vitꝫ. Dubius itineris. Tenax ꝓposYti. Cupidus honoris.

Nomina præterea formam participiorum habentia. vt Patiens laboris. Negligens amicorum. Fugitans litium. Appetens alieni. Profusus sui. Doctus Grammaticæ. Vi-

ctus animi. Expertus belli.

Nomina quoq; masculina terminata in or, quæ formantur ab vltimo supino, u mutata in or: & fœminina terminata in trix, quæ formantur a masculinis, tor mutata in trix. vt Amator vxoris, amatrix viri, doctor gentium, expultrix vitiorum.

Et nomina superlatiua construuntur cum genitiuo, sed tantum plurali, nisi sint nomina collectiua, vt Doctissimus Græcorum, sapientissimus philosophorum. Fortissimus gentis Danaûm. Comparatiuũ quoque inter duo, vt Aiacum fortior fuit Telamonius.

Sunt quædam, quæ possunt iungi genitiuo vel datiuo. vt Similis patris, vel patri. Fidus regis, vel regi. Proximus Tullij, vel Tullio. Propinquus Cæsaris, vel Cæsari.

Quædam sunt, quæ possunt iungi genitiuo vel ablatiuo. vt Diues agrorum, vel agris. Vacuus cerebri, vel cerebro. Plenus rimarum, vel rimis. Dignus honoris, vel honore.

Datiuo etiam complura iunguntur. vt Facilis omnibus. Difficilis nemini, charus suis, iucundus alienis, aptus bello, idoneus paci.

Verbalia quoque in bilis, datiuo iungi possunt. vt Amabilis cunctis. Visibilis nulli.

Accusatiuo etiam iunguntur complura nomina adiectiua, sed (vt diximus) figuratè, idq; apud poëtas tãtũ: vt Flauus capillos. Niger oculos. Horridus barbam.

Ablatiuo quoque, media præpositione, siue septimo casui complura iunguntur: vt Alienus a crimine, oriundus ex Aphrica. Diuersus a vitijs. Alius ab humanitate. Secundus ab Hercule. Tertius a Ioue. Vir singularis ingenio. Excellens virtute. Insignis pietate.

Comparatiua quoq; cum ablatiuo siue septimo casu construuntur. vt Nemo est eloquentior Cicerone.

Ablatiuus siue septimus casus plærunq; ponitur absolutè, aut per duo nomina: vt, Rege Ferdinando Munda in deditionem Christianorum venit. Aut per nomen & prono-

men: vt, Me præceptore didicisti literas. Aut per nomen siue pronomen & participium: vt, Deo ducente veniam ad te. Me veniente gaudebis.

De Constructione quarundam partium orationis. Caput. XIII.

QVisq; semper iungitur superlatiuo. vt Optimus quisq;, Sapientissimus quisque.

Omnis & cũctus positiuo & comparatiuo. vt Omnes boni, omnes sapientiores, cuncti sapientiores. At vero quisq; cum positiuo iungitur, cûm non recipit comparationem positiuus. vt Strenuus quisq;, septimus quisq;. Iũgitur etiam Quisq; cum hoc nomine Quotus, sed semper interrogatiuè. vt Cicero: Quotus enim quisque istud fecisset?

Tantum & quantum, positiuo iungitur. vt Tantum doctus, quantum facetus. Tanto & quanto comparatiuo. vt Tanto doctior, quanto facetior. Idem quoq; dicimus de Aliquantum & Aliquanto, Multum & multo, Paulum & paulo.

Per, semper iungitur positiuo. vt, perbonus, perdoctus.

Quam, superlatiuo. vt quam optimus, quam doctissimus.

Perquam, positiuo: vt perquam bonus, perquam doctus.

Hei & væ, semper iunguntur datiuo. vt Hei mihi. Væ tibi.

Heu & ô, accusatiuo. vt Heu me miserum, o te infelicem.

En & ecce, nominatiuo & accusatiuo. vt En Priamus, En capellas, Ecce homo, & ecce hominem.

De Comparatiuis & Superlatiuis. Caput. XIIII.

CVm de Erotematis nominum ageremus, dictum est de comparatiuo & superlatiuo, a quibus nominibus positiuis, & vnde formarentur: sed iniquis tunc spacijs exclusi, quoniam alio properabamus, nõ diximus formationem illam in plærisq; deficere. Idẽ quoq; fecimus cum de constructione partium orationis nonnihil perstringeremus, vbi pauca interposuimus. Quare visum est,

quæ illic debuerant copiosius pertractari, hoc in loco supplere, atque imprimis de illorum irregulari formatione.

Bonus, melior, optimus.
Malus, peior, pessimus
Magnus, maior, maximus.
Paruus, minor, minimus.
Nequã, nequior, nequissimus
Maturus, rior, maturrimus, cõparatiuum regularẽ habet.
Magnificus, magnificentior, magnificentissimus.
Munificus, entior, entissimus.
Mirificus, centior, tissimus.
Beneficus, centior, tissimus.
Maleficus, centior, tissimus.
Benedicus, centior, tissimus.
Maledicus, centior, tissimus.
Beneuolus, lẽtior, lentissimus
Maleuolus, lẽtior, lentissimus.
Multiuolus, lentior, tissimus.
Pius, pijssimus, pientissimus, comparatiuo caret.
Senex senior, suplatiuo caret.
Iuuenis iunior, superlatiuo caret.
Vetus veterrimus, cõparatiuũ regularem habet.
Dexter, dextimus. Comparatiuum regularem habet.
Sinister sinistimus. Comparatiuum regularem habet.
Facilis, facillimus. Comparatiuum regularem habet.
Agilis, agillimus, Comparatiuum regularem habet.
Gracilis, gracillimus. Cõparatiuum regularem habet.
Humilis, humillimus. Cõparatiuum regularem habet.
Similis, simillimus. Comparatiuum regularem habet.
Multus, plurimus. Comparatiuo caret.
Multa, plurima. Cõpa. caret.
Multum, plus, plurimum.
Multi, plures, plurimi. In plurali integrum est.

A verbis.

Detero, is, deterior, rimus.
Potior, eris: potior, tissimus.

Ab aduerbijs.

Extra, exterior, extimus.
Intra, interior, intimus.
Vltra, vlterior, vltimus.
Infra, inferior, infimus.
Citra, citerior, citimus.
Supra, superior, supremus.
Prope, propior, proximus.
Post, posterior, postremus.
Ante, anterior. Superlatiuo caret.
Pridem, prior, primus.
Penitus, penitior, penitissim9
Ocyor, ocyssimus. Positiuo caret, nisi mauis ob ocys formare.

Nomina, quorũ significatio crescere, aut minui non potest non formant ex se cõparatiua aut superlatiua. Qualia sunt Ingens, omnipotẽs, summus, vnicus, imus. Et nomina numeralia siue sint distributiua, siue ordinalia. Et pronomina: quanquam Plautus dixerit Ipsissimus est, sicut Vergilius ab Ingens Ingentior fecit comparatiuum.

Construũtur comparatiua cum ablatiuo, vel cum alio casu, quẽ coniunctio Quam poterit pro ratione verbi subintellecti nõ iungere. vt Plato fuit doctior Aristotele, vel quàm Aristoteles. Credo Platonem eloquentiorem Demosthene, vel quam Demosthenẽ. Vtor te benigniore patre meo vel quàm patre meo. Dicimus tamẽ: Sum auidior gloriæ, quâm pecuniæ, & non pecunia: & Similior patri quàm matri, & non matre, quia auidus & similis cum genitiuo & datiuo construuntur.

Construuntur præterea cũ ablatiuo significante excessum, quo aliquid excedit, aut exceditur: vt Ego sum duplo maior quàm tu, & tu dimidio minor.

Superlatiuum nomen est, quod ad plures sui generis comparatum, omnibus antefertur: vel absolutè prolatũ, significat quantum positiuũ cũ hoc aduerbio Valde: vt Achilles est Græcorum fortissimus, & Achilles est fortissimus, id est, valde fortis.

Superlatiuũ construitur cum genitiuo numeri pluralis, aut singularis, sed nominis tantum collectiui, qui resoluitur in ablatiuũ cum præpositione Ex. vt Achilles est fortissimus Græcorum, & fortissimus gentis Danaûm, id est, ex Græcis, & ex gente Danaum.

Superlatiuũ à cõparatiuo differt, quod comparatiuũ exponitur per positiuũ cũ Magis, & Quàm. Superlatiuũ verò p positiuũ etiam cũ Maximè & Ex vt Est eloquentior Cicerone, id est, magis eloquens quàm Cicero. & Eloquentissimus omnium, id est, maximè eloquens ex omnibus.

Superlatiuo quoque non est locus in cõparatione duorum. Comparatio verò duorum & plurium esse potest: vt Aia

cum Telamonius fuit fortior, sed non dices, fortissimus. Præterea Digitorum medius est longissimus: & Digitorum medius est longior cæteris.

Est & alia differentia, quod optime superlatiuum possit resolui in comparatiuum cum relatiuo diuersitatis, eodem sensu manente. non tamen omne comparatiuum in superlatiuum conuertitur: vt, Poëtarum nobilissimus est Homerus: &, Cæteris Poëtis nobilior est Homerus.

Comparatiuum plus significat quam superlatiuum, si postponatur illi vt, Aristoteles est doctissimus, sed Plato doctior. Aliquando significat minus quam positiuum, vt Vergilius: Tristior & lachrymis oculos suffusa nitētes, ꝑ subtristis. Et fere quoties comparatiuum non construitur cum casu illius, ad quod fit comparatio, minus significat, quam positiuum aut quantum positiuum.

De Diminutiuis. Caput. XV.

Diminutiua non habent certam rationem, qua possunt formari: sed illud tantum hoc loco dicendum est: exire in varias terminationes, sed plærunq; in ulus, ula, ulum: vt Frater, fraterculus, soror sororcula, munus munusculum. Aliquando in io: vt homo homūcio, senex senecio. Aliquando in aster, astra, astrum: vt Pinus pinaster, filia filiastra, apium apiastrum, quæ proprie non sunt diminutiua, sed imitationem quandam significantia. Aliquando in olus, ola, olum: vt Sergius sergiolus, corona coronula, pallium palliolum. Aliquando in ellus, ella, ellum: vt Tener, a, um: tenellus, a, um. Aliquando in illus, illa, illum: vt Tantus tanta tantum, tantillus, a, um. Aliquando in leus: vt Equus, equuleus. Aliquando in iscus: vt Pan, paniscus: basileus basiliscus.

De Relatiuis. Cap. XVI.

Relatiuum est, quod rem antecedentem refert. Et est duplex. Substantiæ, & accidentis. Relatiuum substantiæ est, quod refert antecedens substantiuum, qualia sunt: Qui, quæ, quod. Suus sua suū, Ipse ipsa ipsum, Iste ista, istud:

Ille illa illud, Is ea id, Idem ea id, Idem eadem idē, Alius alia aliud, Alter altera alterum, Reliquus reliqua reliquum, Cætera cæterum: nam Cæter vix reperitur. Horum septem priora sunt relatiua identitatis: quatuor posteriora sunt diuersitatis.

Relatiuū accidentis est, quod refert antecedens adiectiuum qualia sunt, hic & hęc Qualis & hoc quale. Quātus, a, um. Plurali nominatiuo Quot, Quotus, quota, quotum: hic & hæc Quotēnis & hoc quotenne. Quotuplus, a, um. hic & hæc & hoc Quotuplex.

Relatiuum accidentis cum substantiuo sequenti debet concordare: vt Animal est varium, qualis est mulier. Tēplum magnum, quantus est mons. Horatius tamen in Epodo relatiuum accidentis antecedenti retulit: *Sed incitat me pectus & mammæ putres, equina quales vbera.*

Relatiuum verò substantiæ cum antecedenti plærunque debet cōuenire: vt Dedi tibi libros, sed illos a te acceperā. Si tamen Quis vel Qui ponitur inter duo substantiua, vtrique possit referri: vt, Est animal quod appellant orygē, vel quem appellant orygem. Si tamen alterū ex duobus substantiuis est proprium, semper ad illud referendum est, vt Salustius: Est locus in carcere, quod Tullianū appellatur. Verg. Est locus, Hesperiam Graij cognomine dicūt. Vbi Seruius dicit deberi subintelligi Quam, & nullo modo Quem.

De nominibus Patronymicis. Cap. XVII.

PAtronymica masculina in nominibus primæ declinationis formantur a genitiuo, æ finali mutata in ades. vt æneæ, æneades. In nominibus secundæ declinationis fiūt a genitiuo, addita des: vt Aeacus, Aeaci, Aeacides. Quę tamen in eus, diphthongon terminantur, cū duplicem habeant genitiuū in ei, & in i formant Patronymicum a genitiuo secundo, addita, des: vt Pentheus, Penthei, vel Penthi, Penthides. In nominibus tertiæ declinationis, Patronymica formantur a datiuo, addita des: vt Nestor, nesto-

ris, nestori, Nestorides.

Sed hæc regula non est vsquequaque vera. Nam autores aliquando addunt aliquid, aliquando detrahunt: vt Atlãti, Atlantiades, pro Atlãtides. Amphitryoniades, pro Amphitryonides. Menœciades, pro menœcides. Meniades pro menides. Aenides quoque Vergil. dixit pro Aeneades libro nono: Sit satis Aenide telis impunè Numanum Oppetiisse tuis. Idem quoque Scipiades pro Scipionides. Deucalides pro Deucalionides. Declinanturque per primam nominis declinationem.

Patronymica fœminina fiunt a masculinis patronymicis ablata de: vt ab Aeolides, æolidæ, Aeolis, idis. A Theseides, Theseis, theseidis, à Peliades, Pelias peliadis, & declinantur per tertiam nominis declinationem.

Reperiuntur pauca nomina Patronymica fœminina in ne, desinentia, per primam nominis declinationẽ variata: vt Nerine, filia Nerei. Adrastine, filia Adrasti. Acrysione, filia Acrysij.

Cùm patronymica propriè à nominibus patrum deriuentur, aliquando trahuntur â nominibus matrum, aliquando ab auis paternis siue maternis, aliquando â fratribus aut sororibus, aliquando ab vrbibus, siue vrbium conditoribus, de quibus paßim exempla reperies apud Autores.

ℭ De aduerbijs localibus. Cap. XVIII.

ADuerbia localia in quadruplici sunt differẽtia, hoc est, aut in loco, aut de loco, aut ad locũ, aut per locũ. Vbi, & Vbinam, quærunt de loco in quo: vt, Vbi est Antonius? Quò, & Quorsum, quærunt de loco ad quem: vt, Quo proficisceris? Vnde, quærit de loco à quo: vt, Vnde venis ó Antoni? Quà, quærit de loco per quem: vt, Quà iturus es?

Interrogantibus per hæc aduerbia, aut respondemus æque per aduerbia, aut per nomina propria locorum aduerbialiter posita. Si respondere velis per nomina propria loco

rum, interroganti vbi est, aut sit aliquid. si ciuitas illa, siue sit oppidum, siue municipium, siue castellum, siue pagus, siue vicus, declinatur per primam aut secundam nominis declinationem in numero singulari, tunc ponitur in genitiuo: vt, Est Salmanticæ, est Toleti. Si per tertiam, aut pluraliter declinatur, ponitur in ablatiuo, siue (vt vult Seruius) in datiuo: vt, Est Hispali, est Septimancis, est Burgis, est Trallibus.

Illa quoque nomina appellatiua Togæ, Militiæ, Domi, Ruri, rationem propriorum sequuntur, ponunturq; aduerbialiter sicut illa.

Si per aduerbia, per vnum ex iis quæ sequuntur responderi oportet, Fingamus igitur eum, quocum loquimur sit Hispali, & de quo loquimur sit Toleti: is verò qui loquitur sit Salmanticæ. Quærenti itaq; Vbi est Antonius? Respondebis, hic, id est, Salmanticæ vbi ego sum.

Isthic, id est, Hispali, vbi tu es.
Illic. i. Toleti, vbi aliquis est.
Vbi, id est, in loco, vbi aliquis est.
Sicubi, id est, si in aliquo loco aliquis est.
Necubi, id est, ne in aliquo loco vbi aliquis est.
Alicubi. i. in aliquo loco.
Vbiuis, id est, in quouis loco.
Vbique, id est, in omni loco.
Vbilibet. i. in quolibet loco.
Vbiubi. i. in quocunq; loco.
Vbicunque, id est, in quocunque loco.
Alibi, id est, in alio loco.
Vtrobique. i. in vtroq; loco.
Ibi, id est, in eo loco.
Ibidem, id est, in eodē loco.
In ibi. i. in eodem loco.
Vsquā, id est, in aliquo loco.
Nusquam. i. in nullo loco.
Intus. i. in interiori loco.
Foris. i. in exteriori loco.
Supra. i. in superiori loco.
Infra, id est, in inferiori loco.

✠ Significantia ad locum.

Interroganti quò imus, si per vrbium nomina respōdemus, illa ponimus in accusatiuo aduerbialiter: vt Eo Salmanticam, Toletum, Hispalim, Septimancas, Burgos, Trallis rus, domum, sed militiam & togam non dicimus, sed

per aduerbia respondemus sic.

Huc, id est, Salmanticam, vbi ego sum.	Nequo, id est, ne ad aliquem locum.
Isthuc. i. Hispalim vbi tu es.	Aliquo. i. ad aliquem locum.
Illuc, id est, Toletum, vbi aliquis est.	Intro, id est, ad interiorem locum.
Alio, id est, ad alium locum.	Foras, id est, ad exteriorem locum.
Vtrobique. i. ad vtrunq; locũ	Sursum, id est, ad superiorem locum.
Quoquo, id est, ad quemcunque locum.	Deorsum, id est, ad inferiorem locum.
Quouis. i. ad quẽlibet locum.	Dextrorsum. i. ad dexteram.
Eo, id est, ad eum locum.	Sinistrorsum. i. ad sinistram.
Eodem. i. ad eundem locum.	
Siquo. i. si ad aliquem locum.	

¶ Significantia de loco.

Interroganti vnde venimus, si per vrbiũ nomina respondemus, illa ponimus in ablatiuo aduerbialiter: vt Venio Salmantica, Toleto, Hispali, Septimancis, Burgis, Trallibus, rure, domo. Sed non dicimus militia & toga, sed per aduerbia respondemus sic.

hinc. i. ab eo loco vbi ego sum	Vndeunde, pro ex quocunq; loco.
Isthinc, id est, ab eo loco vbi tu es.	Vndecunque pro ex quocunque loco.
Illinc, id est, ab eo loco vbi aliquis est.	Inde, id est, ab eo loco.
Sicunde. i. si ab aliquo loco.	Indidem, id est, ab eodem ipso loco.
Necunde, id est, ne ab aliquo loco.	Intus, id est, a loco interiori.
Aliunde, id est, ab alio loco.	Foris, id est, a loco exteriori.
Alicunde. i. ab aliquo loco.	Supernè, id est, a loco superiori.
Vtrinque. i. ab vtroque loco.	Inferne. i. a loco inferiori.
Vndique, id est, ex omni loco	Cœlitus, id est, a cœlo.
Vndeuis, ex quouis loco.	

☩ Significantia per locum.

Interroganti qua profecturi sumus, si per vrbium nomina

respondemus, ponimus illa æquè in ablatiuo: vt Salmantica, Toleto, Hispali, Septimancis, Burgis, Trallibus, rure, domo. Sed non dicimus militia & toga, sed per aduerbia respondemus in hunc modum.

Hac, id est, per locum vbi ego sum.
Isthac. i. per locum vbi tu es.
Illac, id est, per locum vbi aliquis est.
Siqua, id est, si per aliquem locum.
Nequa, id est, ne per aliquē locum.
Alia, id est, per alium locum.

¶ Libri quarti finis.

¶LIBER QVINTVS QVI est de Prosodia.

Liber quintus, Prosodia, cui inter quatuor præceptiuæ grāmaticæ partes syllaba respondet, in ordine naturæ secunda est, via tamen doctrinæ vltima. Syllaba vero (quantum ad præsentem considerationem attinet) aut attenditur ratione tēporis in quo profertur: quā syllabæ quantitatem appellamus, aut ratione altitudinis & profunditatis, in quibus ratio consistit accentus. Agit itaque prius de syllabarum quantitate, sine qua accentus. Latini ratio constare non potest.

CAPVT PRIMVM, IN quo præmittit regulas generales.

Syllaba longa duo consumit tempora: sed quæ
Dicitur esse breuis, tempus sibi vendicat vnum.
Ancipites profert vocales sermo Latinus:
Nam modo correptas, modo longas promit easdem.
V sequitur post q semper, semperq́ꝫ liquescit.
At post s. & g. vim seruat, vimq́ꝫ remittit.

Syllaba lõga. Anteaquã tradat regulas de syllabarũ quãtitate, præmittit quasdam suppositiones, quarum prima est. Quod syllaba lõga est illa, quæ consumit duo tempora in prolatione: vt mos, res. Breuis vero, quæ vnum tẽpus consumit: vt sal: aut duo tempora, id est, spacium duplex ad illud tẽpus, in quo syllaba breuis profertur, vt syllaba breuis sit mensura longæ. Consumit, subaudi in prolatione.
✠ Ancipites. Secundũ præsuppositum est, quod omnes vocales apud Latinos ancipites sunt & mediæ, hoc est, quod aliquãdo produci, aliquãdo breuiari possunt, sed qđ dicit sermo Latinus, propterea quod apud Græcos duæ sunt sempˀ longæ, ita & o mega. Duæ æternũ breues: e psilon, y o micron, Tres bitemporales, quæ aliquando producuntur, aliquando breuiantur: alpha, iota, ypsilon. ✠ V sequitur post q. Tertium præsuppositum est, quod post q. semper sequitur u, sed illud non est vocalis simpliciter: sed cum adiectione vocalis liquida. Itaque non constituit syllabam per se, neque habet vim producendi vocalem quã præcedit, cum neque in syneresim, neque in diphthongon coẽt, & hoc significat esse liquidam. Sed post s, & g, aliquando est vocalis simpliciter, vt suus, sua, suum, suo, suis: ambiguus, irriguˀ. Aliquando est vocalis liquida: vt suauis, suadeo, lingua, langueo. ✠ Seruat vim. i. vocalis rigorem. ✠ Remittit vim. i. amittit, languescitq́ꝫ.

L.aut r.aut s.vsu plærunq; liquescunt.
M,aut n.raro: seruant quandoq; rigorem.
Dictio vocali si desinit,atque sequatur
Altera vocalis,perimit synalœpha priorem.
Si finitur in m.vocalis & inde sequatur
M.perit ecthlipsi cum vocali præeunte.

✠L.aut r.Quartũ præsuppositũ est, quod quinque sunt consonantes liquidæ,l,m,n,r,s,sed tres,l,r,s, in vsu plærumq; reperiuntur liquidæ,m,n,raro.Dicuntur aũt liquidæ, quoniã cum sit proprium duarũ consonantium vocalem præcedentẽ producere si sequatur muta cum liquida, aliquando liquida illa vim suam amittit, aliquando retinet suum vigorẽ.i. vim intensam & nõ remissam siue liquescẽtẽ,sed de hoc paulo post in secũda regula.✠Dictio vocali. Quintũ præsuppositũ est,quod si in eodẽ versu aliqua dictio finitur in vocali, sequiturq; altera dictio incipiens quoq; a vocali , prior illa dispũgẽda est,neq; in ratione versũs numerãda per figuram quæ a grãmaticis dicitur Synalœpha in specie metaplasmi, vt Sẽper eg'auditor, extrita o.legendũ semper egauditor. Aliqñ etiã ab autoribus fit Synalœpha ex fine præcedentis versus & principio sequẽtis.Verg.2.Geor.Inseritur vero ex fœtu nucis arbutus horrida. sequitur alter vers. Et steriles platani malos gessere valẽtes. ℭ Si finitur in m.Sextũ præsuppositũ est, ꝙ si in eodem versu aliqua dictio finitur in m. literã,sequiturq; altera dictio incipiens a vocali,dispũgendum est illud m.cũ vocali precedẽti,ne fiat metacismus(vt ait Victorinus)per figurã quæ a grãmaticis dicitur ecthlipsis,species quoq; metaplasmi.Verg.1.Aen. venturũ excidio Libyæ:sic voluere Parcas, extrita m.cum sua vocali proferendum est,ventur:excidio Lybiæ,Fit ecthlipsis aliquando ex fine dictionis præcedentis, & principio sequentis,vt apud Vergilium.2,Georg.

Syllaba quàm scribis diphtongo, longa notetur.
Quòd si vocalis sequitur, breuiabis eandem.
Siue breuis seu longa tibi vocalis habetur,
Porrectam dices, si duplex consona subsit.
Hæc tria sint elementa tibi geminantia vires,
Zeta valet sigma cum delta: xi, capa, sigma:
Atq; duas inter vocales iota repertum,
Pro duplici numera, modo sit tibi dictio simplex.

Aut dulcis musti Vulcano decoquit humorẽ. Et sequitur alter vers. Et folijs vndam tepidi despumat aheni. Apud antiquissimos m. aliquãdo non abijciebatur, vt apud Enniũ: Insignita forent tũ millia militũ octo. ✠ Syllaba quam. Prima regula est; syllaba quæ scribitur diphthongo, est longa. vt audio, æquor, euge, pœna. Sed si sequatur vocalis a qua incipit sequens dictio, aut in eadem dictione si sit cõposita, diphthõgus breuiatur. Verg. 3. Aeneid. Insulæ Ionio in magno quas dira Celæno. Itẽ in octauo, Stipitibus duris agitur sudibusque præustis. ✠ Siue breuis. Secunda regula est, q, si post vocalem siue longã, siue breuem sequãtur duæ consonantes aut vna vim duarũ habens, vocalis illa pruducitur. vt vestis, salubris: & subdit, quod tres sunt eiusmodi consonantes vim duarum habentes, z, pro sd. x: pro es, siue pro gs, iota in medio duarũ vocalium posita, vt gaza dixi, maia. In principio tamen dictionum pro simplicibus habendæ sunt: neq; vim habent vocalem præcedentẽ producendi. Verg. 4. Aeneid. Iam medio apparet fluctu nemorosa zacynthus. Et Lucan. lib. 11. Tumidum super æquora Xerxem. I quoque cõsonans pro simplici habetur, si dictio ab illa incipiens cõponatur, vt bijugus, a, um. a bis & iugum. Vergil. 5. Aeneid. Non tam præcipites bijugo certamine campum. Itaque non sine causa est adiectum, modo sit tibi dictio simplex: quod etiam ad x & z potest pertinere, nisi quod exẽpla nũ succurrũt, ꝓpte

Syllaba si breuis est natura, & muta sequatur
Cum liquida, semper breuiabit sermo solutus.
At carmen poterit producere seu breuiare.
Si post vocalem vocalis & altera subsit,
Illa prior breuis est: dum sint modo verba Latina.
Nam Græci variant nec certa lege tenentur.

rea q; ab illis literis nulla dictio incipitur nisi sit peregrina.

✠ Syllaba si breuis est. Hæc non tã regula per se est quam exceptio siue limitatio regulę superioris. Dicitq; quòd si vocalem natura breuem sequantur duæ consonantes, quarum prior sit muta, & posterior liquida in sermone soluto (hoc est in prosa oratione) vocalis illa semper est breuis, In carmine verò potest produci & breuiari, vt tenebrę pharetra meleagri. Neque solum in eadem dictione, sed etiam in diuersis habet verum, vt apud Vergilium in Buc. Terasq; tractusq; maris, cœlumq; profundum. Idem in Georg. Tribulaque trahæq; & iniquo pondere rastri. Iuuena. Occulta spolia & plures de pace triumphos. Syllaba verò dicitur natura breuis, quæ semper talis reperitur, nisi positione producatur. Syllaba natura longa est, quæ nunquã reperitur breuis. Quę autem sit breuis quæ longa natura: per regulas quę de syllabarum quantitate traduntur, scire poteris. ✠ Si post vocalem. Tertia regula est, quod syllaba quę post vocalem alteram habet vocalem breuis est, quod intelligendum est in eadem dictione: nam in diuersis, per Synalæpham prior abijcitur, quemadmodum in sexto prę supposito diximus: aliquando etiam syllaba longa ratione sequentis vocalis breuiatur, id quod de diphthongo diximus: vt Vergilius in Bucoli. Te Coridon ô Alexi trahit sua quemque voluptas. Idem in eodem. Vale vale inquit Iola. Idem v. Aeneid. Victor apud rapidum Simoenta sub Ilio alto. Deinde subdit, quod regula intelligitur de dictionibus Latinis, nã Gręci aliam rationem sequuntur in illis.

Fio producit dissyllabon, Et genitiui
Longa penultima sit quintæ, cui iunge datiuum:
Sed breuiant tantum tria, resq;, spesq;, fidesq;
Si genitiuus erit, quem dat pronomen in ius,
Seu nomen, longam poteris proferre breuemq;,
Corripit alterius, semper producit alius.
E, de, præ, se, di, componens non breuiabis.
Sed breuiant: si vocalis subit, atque disertus.

De vocali ante vocalem nulla certa regula dari potest, tametsi nescio quid tentauimus tradere in nostris commentationibus. Deinde ponit exceptionem dicens, quod hoc verbum Fio cum est dissyllabum producit primam: vt Fio fiunt. Fiã, fies. Fias, fiat. Et quod genitiuus & datiuus quintę declinationis producunt penultimam, hoc est, e ante i, finalem, vt Dies diei. Species speciei. Sed tria nomina huius declinationis breuiant eandem penultimam. Res, rei. Spes, spei. Fides, fidei.

Si genitiuus erit. Quod pronomina secundę declinationis facientia genitiuũ in ius per, i, vocalẽ, & nomina illa octo quæ ad secundam pronominis declinationẽ referũtur habent vocalẽ illã genitiui indifferentẽ, vt vnus vnius, vllus vllius, nullus nullius, solus solius, vter vtrius; præterquam quod alter semper corripit alterius, & alius quod semper producit alius. Heu quoq; Interiectio producitur, & ha he: vtrobiq; autore Probo. E, de, præ, se, di. Quod hæ præpositiones tres priores separabiles, & duę posteriores inseparabiles in cõpositione semp̃ p̃ducũtur: vt Eligo, is. deligo, is, pręligo, is, seligo, is, diligo, is: sed si vocalis sequatur p̃ regulã superius traditã breuiantur: vt deero, deorsum, pręeo, pręuro, seorsum. Breuiat quoq; hoc nomẽ disertus, q̃d videtur, ab eo q̃d est dissero, is, deriuari, altero. s. extrito

Tenditur a, nostrum. Sed Græcis a, breuiatur.
Re breuiat semper, nisi duplex consona subsit
Refert, pro res fert, seu distat, porrige semper.
Sed, pro, componens debes producere sæpe.
(His tamen exceptis) proficiscor, siue profanus

✠ Tenditur. Quod a præpositio in compositione producitur, vt auius, a, um: amens: sed a. particula Græca priuatiua breuiatur, vt acharis, adyta, atomus. Re breuiat. Quod hæc præpositio re, inseparabilis in compositione breuiatur: vt repono reponis, refero refers, pro eo quod est retro vel iterũ ferre. Nam pro eo quod est resfert, siue distat, hoc est differentia est, producitur: vnde à quibusdam per duplex ff, scribitur. Iuuenalis: Quid refert quanta nemorum vectetur in vmbra? Si tamen sequantur duæ consonantes, ex regula generali superius tradita producuntur, vt resto, relliquiæ, relligio. Imo quoties re. inuenitur producta in carmine, semper consonans quæ sequitur debet geminari, vt reppuli, rettuli. ✠ Sed pro componens. Quod hæc præpositio latina, pro, in compositione producitur: vt prodo prodis, promitto, is, proluo, is. Excipiuntur pauca, quæ sequũtur. Proficiscor proficisceris. profectus: quod Gellius libro secũdo ex autoritate Ciceronis primam dicit habere breuem. Verg. 7. Aeneid. Arcados his oris genus à Pallante profectum. Alij tamen producunt. Iuuenalis: Profectura domo Sicula non mitior aula. Profanus, a, um. Vergil. 6. Aenei. Procul ô procul este profani. Profiteor profiteris. Ouid. secũdo de remedio. Vtilitas lateat quod non profitebere fiet. Horatius in arte poëtica: Inceptis grauibus plerũque & magna professis. Profor profaris. Verg. quarto Aeneid. Et sic accensa profatur Lucanus in. x. Hoc satis est dixisse Iouem, sic ille profatur. Profundo, profundis.

Quòd si præteriti geminetur syllaba prima,
Vtraque corripitur, nisi duplex consona tardet,
Cædo cecidi dat, cui iunges pedo pepedi,
Quæ si componas, ex his dispunge priorem.
Longa supina manent dissyllaba sede priori.

☞ Quòd si præteriti. Quòd preterita geminantia primas syllabas, habent illas vtrasq; breues, nisi post secundam sequantur duę consonantes. Verba geminantia primas syllabas in prȩterito hęc ferè sunt. Primę cõiugationis illa duo, Do dedi, Sto steti. Secundę. Mordeo momordi, tondeo totondi, spondeo spopondi, pendeo pependi. Tertiæ. Pario peperi, disco didici, parco peperci, posco poposci, pendo pependi, tendo tetendi, tundo tutudi, pungo pupugi, tango tetigi, pedo pepedi, fallo fefelli, pello pepuli, tollo tetuli, cano cecini, curro cucurri. Duo verò illa cędo cecidi, & pedo pepedi, producunt secundam, licet non sequantur duę consonantes.

☞ Quæ si componas. Quòd verba geminantia in præterito primas syllabas, si componantur, amittunt in compositione priorem ex illis. Secunda vero perstat in sua quantitate: vt tondeo totondi, detondeo detondi, spondeo spospondi, despondeo despondi, tundo tutudi, contundo contundi. Horat. in Epistolis. Dirã qui contudit hydram. Ennius tamen producit dicens: Virosq; valentes Contudit crudelis hyems.

☞ Abscidi præteritum ab eo quod est abscindo breuiat: ab eo quod est abscido, producit. Do tamen & sto, pungo cum re. & curro cum præ. in compositione nihilominus geminant primas syllabas.

☞ Longa supina. Quòd supina duarũ syllabarũ producunt ex illis priorẽ: vt lauo, lotũ, poto potũ, moueo motũ, foueo fotũ, cresco cretũ, nuo nutũ. Breuiant vero quę hic

Hæc breuiant primas, & quæ componis ab illis.
Et status atque datus, ratus, & ruitus, satus, hisq́;
Et situs, & litus, et citus, & quitus, atque itus addes

explicantur cū suis compositis ex prima coniugatione. Sto stas steti statum, consto constas constiti constitū, præsto prę stas pręstiti præstitum. Lucan. in. 10. His ascripsita quis quorū stata tempora satus. Staturus tamen Lucan. in. 6. producit dicens, Vnaq; percussit pontum Symplegas inanem. Et staturam reddit. Composita vero quæ mutant a in i, omnia breuiant: quæ vero non mutant a, producūt: vt consto, constiti, constitum, constatum: pręsto, præstiti, pręstitum, præstatum: insto, institi, institum, instatum. A datus, data, datum: tam mutantia a in i: quam non mutantia, in compositione breuiant: vt Circundo, circundedi, circūdatus. Reddo, redditum. Ratus, rata, ratum: à reor. Virg. ij. Aeneid. Nos abijsse rati. Et ab eo composita & deriuata breuiant vt irritus & ratio. Rutus à Ruo, rui: quod in supinis facit ruitum, sed in compositione semper rutus in penultima breuiat: vt Obruo obrui, utus: diruo, ui, utus, eruo erui erutus. Satus à sero, is. Virgil. in Buc. Dulce satis humor depulsis abrutus hœdis. Composita quoq; mutantia a in i, breuiant: vt consero consitus, insero insitus, assero assitus. Situs, a, um. à sino, is. Ouid. 2. Meta. Hic situs est Phaëton, & ab eo compositum desitus, a, um: etiam breuiat. Litus, a, um. Virgil. 4. Georg. Paribus lita corpora guttis, ab eo quoq; composita breuiant: vt Illitus, a, um: oblitus, a, um: citus, cita, citum, à cieo, es. siue cio, is. Ouid. 2. Meta. Obuius ire polis, nec te situs auferat axis. Composita vero tum correpta tum producta reperiūtur: vt Exitus, a, um, concitus, a, um. Quitus, a, um à queo, is: & nequitus à nequeo, is. Ter. in Ecyra, Forma in tenebris nosci non quita est. Itus, a, um. ab eo, is. Ouid. Sed itum est in viscera terræ, & ab eo cōposita, vt Peritus, a, um: obitus, a, um: aditus, a, um.

Ex ui præterito in tum, faciente supinum.
(Præter sex illa iam dicta) penultima longa est.
Dictio composita deriuatiuaq́; simplis
Et primo genitis æqualia tempora seruat.
Sed sunt multa, quibus non seruit regula semper
Illa tamen quæ sint primas mediasq́; require.

✠Ex ui. præt. quod supina venientia à præteritis verborũ, ui. mutata in tũ, producunt penultimam: vt amo, as, aui, amatũ: rogo, as, aui, atũ: cupio, is, iui, itũ: quæro, is, iui, itũ, audio, is, iui, itũ, quod præceptũ ad supina etiã duarũ syllabarũ extenditur, præter illa sex quę superiori regula sunt posita. Ea sunt seui satus, siui situs, liui litus, ciui citus, quiui quitus, iui itus. ✠Dictio composita: quod dictio composita & deriuatiua ęqualia retinent tempora suis primitiuis & simplicibus etiam si vocalis in vocalem mutetur, dũmodo eadem consonans maneat, quod si consonans mutetur: ad regulas particulares recurrendum est: hoc est, quæ tradentur de primis & medijs syllabis. Esto exempli causa, quæro primam produxit diphthongo: in compositione mutat æ diphthongon in i longũ, quia mansit eadem consonans, hoc est, r: vt inquiro, inquiris: requiro, is. At verò iuuenis primã breuiat, sed quia iunior cõsonantẽ mutauit, hoc est u, in n, eandẽ producit, nihilominus tamen patitur hæc regula exceptionem, etiam si consonans non mutetur: vt à tego deriuatur tegula, à rego regula, à sedeo sedes, à lateo laterna. In primitiuis tamen breuiãt, in deriuatiuis producunt. E contrario à dico deriuatur dicax, à luceo lucerna, ab areo arista, ab offa offella, à mamma mammilla. In primitiuis tamen producunt, in deriuatiuis breuiant.

¶ De cremento singulari nominis. Caput secundum.

Ex a mittit atis, genitiuus & est breuiandus.
Onis, & enis, ab o producit, inis breuiatur.
Al, alis, neutrum producit, sed breuiat mas.
Nomen in el, elis protendit: dic & Hebreæum.
Il, breuiabit ilis: Vl, ulis iungere debes.
Vnus in ol, est sol, crementum porrigiturq́;.

EX a mittit atis. Caput secundum. De cremento genitiui super nominatiuum in numero singulari tradit regulas per ordinem terminationū in nominibus, quæ possunt recipere crementum illud, quæ omnia sunt secūdæ aut tertiæ declinationis. Ex a mittit atis. Quòd in a desinentia (quę sunt Gręca, & ad tertiam nominis declinationem referuntur) breuiant crementū: vt dogma, atis: emblema, atis: poëma, atis: toreuma, atis: ęnigma atis. ✠Onis, ab o. Quod desinentia in o, quæ mittunt genitiuum in onis, aut in enis, ꝓducūt: vt sermo, onis. lectio, onis: dictio, onis: anio, enis: nerio. enis. Quę vero ò mittūt in inis, breuiāt: vt Apollo, inis: virgo, inis: homo, inis Al, alis, neutrum. Quod nomina neutra in al desinentia, quæ omnia mittunt genitiuū in alis, producunt: vt animal, alis. tribunal, alis: vectigal, alis. Masculina vero breuiant: vt sal salis, Hannibal hannibalis.
✠Nomen in el. Quòd nomina in el desinentia (quæ omnia sunt Hebræa) mittentia genitiuum in elis, producunt: vt Michael Michaelis, Gabriel Gabrielis, Raphael Raphaelis, Daniel Danielis Manuel Manuelis, Israel Israelis.
✠Il, breuiabit ilis Quod nomina in il, & in ul, desinentia, breuiant: vt vigil vigilis, pugil pugilis, consul consulis, pręsul pręsulis, exul, exulis.
✠Vnus in ol. Quod in ol, vnum tantum reperitur. Sol solis, quod producit.

An, anis produc: Atque en, si mittit in enis.
Quod si mittit inis, breuiat, sed in, porrigit inis.
On, modo producit, modo corripit o, genitiui.
Si tenet o magnum, producit, Si breue curtat.
Nomen quod fit in ar, genitiuo protrahit aris.
Sed breuiat Cæsar cum nectare, parq; iubarq;,
Atque arar, & baccar, peregrinaq; nomia quædã.

✠An anis produc. Quod nomina in an, desinẽtia, quę omnia sunt Græca, producũt: vt Pean peanis, Titã titanis, Acarnan acarnanis. Atq; en, si mittit in enis. Quod nomina desinentia in en, quę mittunt genitiuum in enis, producunt: vt ren renis, splen splenis, lyen, lyenis, lychen lychenis, siren sirenis: quædam tamen ex Græcis (quę videlicet in genitiuo habent e psilon) breuiant: vt hymen hymenis, damen damenis, quæ verò mutant genitiuum in inis (quæ omnia sunt Latina) breuiant: vt nomen nominis, fulmen fulminis, numen numinis, culmen culminis. ✠In porrigit. Quod nomina in in, desinentia, quæ omnia sunt Græca, facientia genitiuum in inis, producũt: vt delphin delphinis, eleusin eleusinis, salamin salaminis. ✠On modo producit. Quòd nomina in on, desinentia (quę omnia sunt Gręca) aliquando producunt, aliquando breuiant. Nam quæ retinent o mega, id est o magnum, in genitiuo producunt: vt Amydon amydonis, Babylon babylonis, cytheron cytheronis. Quæ verò mittunt in o micron, id est breue, breuiant: vt dæmon dęmonis, canõ canonis, Agamemnon Agamemnonis, Iason Iasonis. Sed de his in declinatione Græca plura dicemus. ✠Nomen quod fit in ar. Quod nomina desinẽtia in ar, producunt: vt puluinar puluinaris, tocular, aris, cochlear cochlearis. Breuiant verò Cæsar, aris, arar araris, iubar iubaris, nectar nectaris, par paris, baccar, aris: & nomina quędam barbara: vt Hamilcar, aris, Gaspar gasparis, bostar aris.

Tertia quod nomen declinat, siue secunda,
Si finitur in er, breuiabis. Demis, Iber, ver.
Græcum nomen in er, modo curtat, vt æther & aër,
Et modo producit, vt crater, atque character.
Sed breuiant treuir, & vir cum martyre gadir.
Porrigit oris, ab or: breuiant sed marmor & æquor,
Et memor atque arbor, Græcũ quoq; iũgitur illis.
Et quod componit corpusq́, puerq́, decusq́.

☞Tertia quod nomen. Quod nomina in er, desinentia, quę per secundam siue tertiam declinationem inflectuntur breuiant: vt puer pueri, miser miseri, gener generi, ansar anseris, mulier mulieris. Producunt vero ex secunda declinatione Iber, eri, & ex eo compositum celtiberri. Ex tertia quoque ver veris: & nomina Gręca retinentia in genitiuo eta, hoc est e longum, vt byzer byzeris, crater, eris: haltar, eris: physeter, eris: clyster, eris: climater, eris: character, eris: chremaster, eris: luther, eris: panther, eris: stater, eris: soter, eris. Quę vero mutantur in e psilõ. breuiãt: vt aer aeris. Sed de his cum de Græcis plura dicemus.

Sed breuiant. Quod secundæ declinationis duo reperiuntur nomina treuir treuiri, & vir viri. Et tertiæ declinationis item duo, martyr martyris, gadir gadiris, corripientia crementum.

Porrigit oris ab or Quod nomina desinentia in or: producunt: vt amor, oris: dolor, oris: decor, oris. Sed breuiant quę hic ponuntur s. marmor, ris: æquor, oris: memor, oris: arbor, oris Et nomina Gręca: vt castor, oris: rhetor, oris: nestor, oris: Polymnestor, oris. Et nomina cõposita à corpore: vt bicorpor, oris: tricorpor, oris. Et à puero: vt marcipor, oris: publipor, oris. Et à decore, quod est decus, vt dedecor, oris: indecor, oris.

Vr breuiat semper, sed de fur dicito furis.
As, atis, produc, breuiat sed vas vadis & mas:
His addatur anas, & ados, capientia Græca.
Es breuiabit etis vel itis, sed deme quietis,
Et magnes locuplesq;. Et græcum quod facit etis
Merces mercedis illis iungatur & hæres.

☞Vr breuiat. Quod nomina secundæ declinationis termi- nata in ur: vt satur, turi. (nam quod matur, turi, reperiatur, non cõstat) Et nomina tertiæ declinationis exeũtia in uris, siue oris. vt vultur, uris: anxur, uris: turtur, uris: iecur, oris, breuiant crementum: præterquã fur furis, quod producit. ☞As, atis. Quod nomina desinentia in as, producunt cremẽ tum, quod plerunque exit in atis: vt pietas, atis. ętas, atis: mę cœnas, atis. Breuiant verò vas vadis, nam vas vasis producit: breuiat quoq; mas maris, & anas anatis, quod necui dubiũ videatur, probant autores. Ruffus in Arato: Latipedéq; anatem cernes excedere ponto. Macer quoq;: Anseris aut anatis mixta pinguedine tauri: & Martialis in carmine tri- metro Iambico, quod recipit in primo loco tribrachum Et anatis habeas vropygiũ macre. Et nomina Græca exeuntia in genitiuo in ados, & apud nos vero in adis: vt Arcas, adis; Pallas, adis. ☞Es breuiabit. Quod nomina desinentia in es, mittẽtia genitiuũ in itis: vt stipes itis: limes, itis: miles, itis: so spes, itis vel in etis: vt abies, etis: paries, etis. aries, etis: breuiãt crementũ. Excipiuntur pauca quę producunt, quies quietis & ab eo compositum inquies inquietis: & magnes magne- tis, locuples locupletis. Et nomina Gręca propria virorũ: vt Rhamnes, rhamnetis. Dares, daretis. Et appellatiua. vt le bes lebetis, tapes tapetis. Superioribus adiungit duo facien tia genitiuum in edis: vt merces, edis: hæres, hęredis.
☞Datq; ceres. Quod ex desinentibus in es, vnum tantum mittit in ris, breuiatq; crementum, scilicet ceres cereris.

Datq́ꝫ ceres cereris, quod solum in ris breuiabit.
Pesq́ꝫ pedis breuiat, nomenq́ꝫ quod ex sedeo fit.
Nomen in is, quod mittit idis, vel eris, breuiabit
Illud producit quod mittit in itis, & iris:
Et quæ dant inis, de sanguis sanguinis exit.
Protrahe nomen in os, quod prodit in oris, & otis.
Custos custodis producit Bos bouis arctat.
Et quod componit potis & pote, cõpos & impos.
Vs breuiabit oris, & eris, pecus hæc pecudisq́ꝫ.

☞ Pesq́ꝫ pedis. Quòd hoc nomen pes cum suis compositis: vt bipes, tripes breuiantur. Composita quoque à sedeo, es. vt obses obsidis, præses præsidis.

¶ Nomen in is. Quod nomina desinentia in is, quæ mittũt genitiuum in idis, breuiant: vt lapis lapidis cuspis, idis: aspis idis, vel in eris: vt puluis, eris: vomis, eris: cinis, eris: cucumis, eris. producunt vero quæ mittunt genitiuum in itis: vt samnis, itis quiris, itis: lis litis. Et quæ mittunt in iris: vt glis gliris. Et quæ in inis. vt delphis, inis: salamis, inis: eleusis, inis, producunt crementum, sed excipitur sanguis sanguinis, quod breuiat.

☞ Protrahe nomen in os. Quod nomina terminata in os, mittentia genitiuum in oris, vel in otis, producunt: vt ros, roris: flos, floris: lepos, leporis: monoceros, monocerotis: rhinoceros, otis: phileros, philerotis: eros, erotis. Deinde dicit quod hoc nomen custos custodis producit crementũ: & bos bouis breuiat. Breuiãt prĕterea duo composita ab hoc nomine potis & pote: quod propemodũ significat potens: ea sunt cõpos, otis: impos, otis. Vs breuiabit: quod nomina tertiæ declinationis terminata in us, quæ mittũt genitiuum in oris, vel in eris, breuiant: vt corpus corporis: tempus, oris: stercus, stercoris. Vulnus, eris: sidus, eris: vellus, eris.

De pus exit odis, tibi sit pro teste Melampus.
Sed palus, & subscus, atque incus, & quod in utis
Tendunt obliquos. Intercus, utis, tibi præbet.
Telluris, venerisq; dabunt tellusq; Venusq;.
Si monosyllaba sunt, genitiuus porrigit uris.
Crementum breuiat, s consona si præit illi.
Porrige sæps & plæbs diphthongo: Græca notentur.

Breuiant quoq; ex mittentibus genitiuũ in udis: hæc pecus, udis. Et nomina Græca cõposita à pus podos, quod est pes: vt melampus, odis: decapus, odis. Tria vero producunt: palus, ludis: subscus, udis: incus incudis. ✠ Et quod in utis. Quod nomina mittentia genitiuum in utis, producunt, ea sunt quinque, virtus, utis: salus, utis: iuuentus, utis: senectus, utis: seruitus, utis. Sed intercus breuiat intercutis. ✠ Telluris, venerisq;. Quod duo nomina exeunt in ris: quorum alterũ tellus, uris producit, alterum venus, eris breuiat. ✠ Si monosyllaba. Quod monosyllaba in us desinentia, quæ mittunt genitiuum in uris, producunt: vt ius, iuris: crus, uris: thus, uris: pus, puris: mus, muris. Grus vero & sus breuiant ex regula generali de vocali ante vocalẽ. Ligus vero sequitur crementum alterius terminationis, hoc est, lygur, uris: quod & pleraque alia faciunt: vt arbor vel arbos arboris, puluer vel puluis, pulueris: delphin vel delphis delphinis. ✠ Crementum breuiat. Quod nomina desinentia in s, habentia consonantem ante s, breuiant, vt hyems, emis: inops, inopis daps dapis: arabs, abis: scobs scobis: scrobs scrobis. Plæbs vero plæbis, & sæps sæpis producunt: quia scribuntur diphthongo: nam seps sepis pro serpentis genere quodam breuiat. Græca notentur. Quod nomina græca partim producunt: nam quæ tenent o micron breuiant: vt epops epopis cecrops, opis: ethiops, opis: quę vero habent o mega producũt: vt hydrops, opis: conops, opis: cyclops, opis: europs

Tenditur ex illis pars quædam.pars breuiatur.
Sed capitis breuiat caput,& sua compositiua.
Quod fit in ax nomen,producit.Fax breuiabit.
Ex Græcis partim producunt, pars quoque curtant
Nomen in ex,breuiat,Produc in gis,duo, rex,lex,
Et vibex,halex,& veruex.Græca notentur.
Protrahit ix,icis.nonnulla tamen breuiantur.
Sunt ea coxendix,hystrixq́;,filixq́;,larixq́;

europis.sed de his cum de græca declinatione agetur, plura dicemus.Gryphs vero gryphis producit ,ciniphs ciniphis breuiat. ✠Sed capitis.Quod hoc nomen caput capitis cum duobus compositis sinciput sincipitis,occiput occipitis breuiat : nam composita à capite quę desinunt in ps , ex regula superiori dicimus breuiari:vt biceps,pitis:anceps,itis: capriceps,itis. ✠Quod fit in ax. Quod nomina in ax producunt:vt audax,acis:contumax,acis : capax,acis . Sed fax facis breuiat.Virgil.1 . Aeneid.Iamq́; faces & saxa volant. Gręca vero partim producunt : vt aiax aiacis , siphax ,acis: partim breuiant:vt abax,acis:dropax.acis:similax,acis:thorax acis.Nomē in ex.Quod nomina desinētia in ex,quę mittunt genitiuū in cis vel in gis breuiant:vt pellex ,icis: index indicis:remex,igis:aquilex,legis:grex,egis.Producunt vero vibex vibicis:halex,ecis:veruex,ecis. Sed nomina gręca partim producūt vt mirmex,ecis:scolex,ecis:narthex,ecis: partim breuiant:vt alopex,ecis. ✠Ex mittentibus genitiuū in gis,producunt:lex legis , & ab eo composita exlex, legis:illex,gis,rex regis,& ab eo composita , prorex proregis:interrex,regis.Protrahit ix,icis. Quod nomina desinētia in ix,q̄ mittūt gtū in icis,ꝑducunt:vt coturnix,icis:lodix icis,breuiāt vero q̄ hic ponūtur coxēdix,icis: histrix, icis:filix,icis:larix,icis:calix, icis: pix, icis: onyx, ychis : & ab eo

Atque calix, & pyx & onyx, varicisq́; salixq́;
Bebryx, atque cilix, eryx, natrix quoque serpens,
His numeris in gis, mittentia, nix niuis addes.
Ox, ocis producit, vt atrox. Gis breuiabit.
Cappadocis breuiat, & præcox iungitur illi.
Porrige nomen in ux, quod mittis in ucis, & ugis.
Quinque tamen breuiant hæc nux, crux, dux, ducis, & trux
Atque volux volucis: de coniux coniugis exit.

compositum sardonyx, ychis: quæ duo habent ch. aspiratũ: salix, icis: varix, icis: bebrix, icis: cilix, icis erix, icis: natrix, icis. Lucillius: Si natibus natricem impressit. Et mittẽtia genitiuũ in gis: vt nomina ꝓpria quorundã principũ Gallorũ: vt Ambiorix, rigis. Dumnorix, rigis: & Oryx orygis: quod per ypsilon scribitur: & diorix, igis: quod interpretatur fossa: iapyx, gis. Nix vero quod solum in genitiuo facit niuis. Niuis breuiat. Ox, ocis, producit. Quod nomina desinentia in ox, mittentia genitiuum in ocis, producuntur: vt atrox atrocis, velox velocis. In gis, tamen vnum reperio. Alloborox allobrogis, quod breuiat. Iuuenalis. Ruffum, qui toties Ciceronem allobroga dixit. Breuiant quoque Cappadox cappadocis & pręcox, præcocis. Calphurnius, Insita præcocibus subrepere persica prunis. Porrige. Quod nomina in ux desinentia, quæ mittunt genitiuum in ucis, & ugis, producunt: vt lux lucis, pollux pollucis, frux frugis. Excipiuntur quinque breuiantia: hæc scilicet, nux nucis, crux crucis, dux ducis, trux trucis, volux volucis. Coniux quoque vt omnes docti putant, siue per n, coniunx (vt Priscianus credidit) breuiat. Quod si regulam inuertas: quandoquidem plura excipiuntur, quam quæ sub regula continentur.

¶De Cremento plurali.

A *Plurale vel o; crementum protrahit ęque:*
Sed breuis est i, vel u, patribus probat hoc verubusq́;.

A Plurale. quod a o. e, in cremento partium orationis, quæ per casus declinantur, in plurali producuntur: vt musa musarum, domini dominorum, dies dierum. Itamen & u breuiantur: vt patres patribus, veru verubus. Aduertendum tamen, quod crementum plurale, debet intelligi quoties crescit vna syllaba super genitiuum singularis: quod si non crescit super genitiuum illud crementum non pluralis, sed singularis erit. Tempestatum, sermonum, magnetum non producunt penultimam ratione crementi pluralis, sed ratione singularis: quod vero diximus de genitiuo singulari, de regulari intelligendum est: nam irregulares proportionem regularium sequuntur, vt ab eo quod est vnus, vna, vnum: genitiuus irregularis est vnius regularis vni, vnę, vni: quare in plurali vnorum vnarum vnorum crementum habet, non super genitiuum irregularem, sed super regularē. Eodem modo de similibus.

De Crementis verborum. Cap. III.

DE crementis verborum. Post formationem temporum & personarum nihil est in verbo magis necessarium, quàm crescentium syllabarum quantitas. vnde accentus pendet, quare visum est in hoc loco de crementis verborum regulas tradere. Sed quia hæc pars satis commodè est ab Alexandro pertractata, nisi quatenus in subiunctiui præterito & futuro nonnihil aberrauit, quatuordecim versus illius mutuati sumus, cætera ex nostro adiecimus.

PErsonam primi præsentis verba secundam,
Si numero vincunt, dicas crementa tenere.
Crementum verbi primum dic, quod posituram
Aequat, bis superans dicatur habere secundum
Quod si ter vincit, tria tunc crementa notabis,
Nam finem verbi specialis regula signat.
A. crescens verbum producere debet vbique.
Ex do fit a. breuis, cum primæ compositiuis.

PErsonam primi. Quid sit verbi crementū in primis ostēdit dicens. Quod cum ratio declinandi verbum exigat, vt per vnam aut duas aut tres syllabas crescat supra verbi primam positionem, tunc dicetur habere crementū: q, si vna syllaba crescit, syllaba quæ æquiparat vltimā secundę personæ erit in primo cremēto: nam vltima semper sequitur regulas, quę de vltimis syllabis traditæ sunt. Secundū vero cremētū erit, cum duæ syllabæ superant positionem. Tertium præterea, cum tres syllabę superāt eandem positionē. Positio autē illa dicitur, vnde nomen siue verbū incipit declinari. Sed hic secundā personam pręsentis indicatiui modi facimus positionem, quia prima persona in verbis secundę & tertię & quartę coniugationis in o. purū desinens, vna syllaba vincit secūdam personam. vt doceo, es. cupio, is. audio, is.

✝ *A*. crescens. quod a. in omnibus tribus crementis, & in omnibus coniugationum omnium temporibus semper producitur. vt amamus, amabamus, amaueramus. Excipitur primum crementum huius verbi do, das: & ab eo compositum quod breuiatur. vt damus, dabam, dabo, dato, darem. dare. Venundamus, venundabam, venundabo, venundarē, venundare. & in voce passiua eodem modo. In alijs crementis regulam sequitur generalem.

E nisi cùm subit r, debes producere semper.
Cùm subit r. curtam dant plurima, plurima lōgam.
Omne lego præsens breuiat, quartiq; secundum,
Plusquam perfectum per quamlibet est breuiandū.
Semper ero, vel erim breuiabis, quæq; sequuntur,
Curta sit in prima, beris, & bere, siue secunda.

✠ E, nisi cum subit. Quod e in crementis verborum (nisi sequatur r. litera) semper producitur. vt amemus, docemus, legemus, audiemus, quod si vocalis sequitur, ex regula generali breuiatur: vt doceam, doceamus: si vero sequitur r, numerosior est ratio. nam aliquando e breuiatur, aliquando producitur. ¶ Omne lego. Prædicit igitur quod lego, id est verbum tertiæ coniugationis per quam hoc verbū Lego legis declinatur; si post e, sequitur r, breuiat omne præsens, tam in voce actiua, quam in voce passiua. ✠ Breuiat quoq; secundum quarti, id est præteritum imperfectum, quod est tempus secundum quarti, id est subiunctiui, qui est in ordine modorum quartus, vt vtinā legerem, cum legerē. Legere. In voce passiua legeris vel legere in pręsenti indicatiui. Legere legatur in pręsenti imperatiui. Vtinā legerer in pręsenti optatiui. Cū legerer, in pręterito imperfecto subiunctiui. ✠ Plusquam perfectū, quoq; in omni coniugatione breuiat e. sequenti r. vt amauerā, docueram, legeram, audiuerā. ✠ Semper ero. Quod tempora in ero vel erim desinentia, hoc est futurum indicatiui & subiunctiui, & pręteritum perfectum optatiui & subiunctiui.

¶ Quęq; sequuntur, id eum, sequentes personę cum futuro imperatiui breuiant illud e, in penultima, vt amauero, amauerim, amaueris, amauerit.

¶ Curta sit. Quod futurum primę & secundę coniugationis vocis passiuę breuiat e ante r, vt amabor, amaberis vel amabere, docebor, doceberis vel docebere.

Longum paßiuo, reris vel rere notato.
E. verbum crescens alibi producit vbique
I. tibi producunt quartæ crescentia prima.
Primi præterito reperitur imus breuiari.
Rimus vel ritis, verbum producit vbique.

☩Longum paſsiuo. Quod in voce paſsiua .reris vel rere pducit e ante r, quod fit in præſenti optatiui, & in præterito imperfecto ſubiunctiui. vt Vtinam amarer amareris vel amarere. Cum amarer, amareris vel amarere. ☩E. verbum creſcens. Quòd in omnibus alijs locis ab ijs qui ſupra notati ſunt e in cremento ſemper producitur, cùm videlicet ſequitur r. quod ſi non ſequitur: ſuperius regula iam tradita eſt, vt in præſenti optatiui & præterito imperfecto ſubiunctiui vocis actiuæ. vt vtinam docerem Cûm docerem. Et in præterito perfecto indicatiui, vt Amauerunt vel amauere. Docuerunt vel docuere: legerunt vel legere: audiuerũt vel audiuere, & alijs in locis, qui iam ſuperius notati ſunt. ❡I. tibi. Quod i, in primo cremento verborum quartæ coniugationis producitur, vt audimus, auditis, audiuit, audire, audirent. ☩Primi præterito. Hæc regula partim præceptum eſt per ſe, partim exceptio eſt. Eſt inquam exceptio, quod in verbis quartæ coniugationis quorum præteritum non ſuperat poſitionem, niſi in vna ſyllaba in prima perſona plurali, cum debuerit produci, i breuiat. vt vincio vincis vinxi vinximus. Sancio ſancis ſanxi ſanximus. Sentio ſentis ſenſi ſenſimus. Venio venis veni venimus. Partim eſt regula per ſe, quoniam in omnibus coniugationibus in preterito perfecto indicatiui illud i. breuiatur, vt Amauimus, docuimus, legimus, audiuimus.

❡Rimus vel ritis, Quod vbicunque in coniugatione reperitur rimus & ritis, illud ri debet produci. hoc eſt in ſecundo futuro indicatiui & futuro imperatiui, & in preterito optatiui & ſubiunctiui, & futuro etiam eiuſdem modi, qui=

Sed primi præsens breuiat: i præteritumq́;.
Atq; erimus, eritis ab ero semper breuiabunt.

bus in locis eadem est vox, idemq́; accentus. Deinde dicit, quod in præsenti aut præterito perfecto indicatiui non producitur rimus & ritis, sed sequitur regulam generalem: vt quærimus quæritis. Quod de verbis tertiæ coniugationis intelligendum est, nam de verbis quartæ iam tradita est regula, quod producuntur in præsenti, vt esurimus, parturimus. In præterito breuiantur, vt comperimus, reperimus.
¶ Breuiant quoque erimus, eritis in futuro huius verbi Sum, es, quod vero illud i, produci debeat, omnes grammatici (qui modi digni sunt hoc nomine) testantur. Probus de præterito perfecto subiunctiui, quem ipse adiunctiuum appellat, in omnibus (inquit) quatuor coniugationũ modis prima secundaq́; plurales penultimam semper producunt. De futuro quoq; subiũgitur: plurali numero prima & secunda persona omnium coniugationum penult. longã habent, & subdit exempla, vt clamauerimus, eritis, mouerimus, eritis: audierimus, eritis. dixerimus, eritis. Idem quoq; vbi de breuibus pro longis, & longis pro breuibus agit, sic scribit Vergi. cum dicit. Egerimus nostri. ri. inquit syllabam longam corripuit, cui assentitur Seruius locum illum exponens: ri, inquit syllabam præter naturam corripuit Vergi. metri gratia, quia aliter non poterat stare versus. Eadẽ quoque ratio coëgit Ouid. syllabam longam breuiare, cum dicit in 2 Meta. Nuper honoratas summo mea vulnera cœlo Videritis stellas: & præter autores quos in commentationibus nostris attulimus. Prudent. in Psychomachiæ prologo: Si quid recentis his nouenis additis possint, figura nouerimus mystica quod est trimetrum iambicum habens necessario in quarto loco iambum et consequenter ri. longam Catul. quoq; in car. Phaleutico, Et cum millia multa fecerimus.

Inq; velim produc crementa priori, vel in sim.
I breuies alijs, si non u consona subsit.
O crescens semper producitur, V breuiatur.

Inq; velim produc. Quod velim & sim in futuro optatiui & in præsenti subiunctiui producunt crementum: vt vtinam velimus, itis. cum velimus, itis. vtinam simus sitis. cum simus sitis. I. breuies. Quod in alijs locis ab ijs, qui superius notati sunt, i semper est breuis: vt legimus, itis. legite, legitote. legimini, amamini, docemini, audimini. Quod vero subdit, si non u consona subsit, iam dictum est de præteriti perfecti cremento in quarta coniugatione, quod producitur: vt audiui, stabiliui, dormiui nunc vero de alijs coniugationibus idem dicendum præcipimus, vt cupio, iui. sapio, iui. quæro, siui. cico, ciui.

O crescens. Quod o. in crementis verborum semper producitur, vt amatote, docetote. V, vero semper breuiatur, vt volumus, possumus.

De primis syllabis. Caput. IIII.

A Ante b, breuis est, vt strabo, onis. tabes, is. labo labas. Producunt vero Abel, crabro, onis, flabrum, flabri, flabellum. li. fabula, æ. labicum, ci. labor, eris labes, is. nabis, is. pabulum, li. sabura, ræ. sabus sabi. tabraca, bracæ, tabes tabis tabi, tabo. Et verbalia in abilis. vt fabilis, nabilis. Breuiant habilis, stabilis.

A ante c. breuis est. vt Academia, æ. acanthis, idis. acer aceris, p arbore macer, a, crū. Producūt acer acris, acis, i. flu. brachiū, ij. brachę, bracharum. cacus, ci. cacabo, cacabas. cacabus, bi. dacus, daci. facundus, a, um. gracito, as. machina, næ. macero, as. pacuuius, uij. pachinus, i placo, as. racipolis, is. trachin. inis. traches, es. vacia vaciæ, vacienus, i. vacinium vacinij, vacillo vacillas.

A ante d. breuis est, vt vadum, i. gradior, eris. Producunt vero Adā, caduceus, i. clades, is. padus, i. gades gaudiū, ladō ladonis. rado, is. radix radicis. spadix, icis, suadeo, es. tra-

do tradis. traduco,traducis. vado vadis. gradiuus indifferentem habet.

A ante f. breuis est: vt vafer, a, um. Afer vero producit.

A ante g. breuis est. vt Ago agis, plagæ, arum. pro reti: & pro regione plaga, æ. Producunt vero agea, æ. agalma, atis. bragada, æ. fagus fagi, flagito, as. flagitium, ij. flagrum, i. fragor aris. vnde suffragor & refragor. lagus lagi. magalia magalium. mago magonis. pagus, gi. pagina, ę. plaga, æ. pro vulnere, sagus sagi, saga, æ. strages, is. stragulum, li. tragula, læ. vagio, is. vagina, æ.

A ante l. breuis est. vt malus, a, um. alo, is. Producunt vero ala, æ. ales, itis. alea, æ. alecto alectus: alia aliæ: flu. balena, æ. balista, æ. balo, as. calo, nis. caligo, as. halo halas: halex, ecis. malus arbor. malum pomum. mala malæ: pro mandibula. palatium, ij. palus, i. palor, aris. pala, æ. qualus quali. qualis, e talus, i. siue talis, e, palatum mediam habet indifferentem.

A ante m. in dissyllabis producitur. vt fama, æ. Breuiant vero amo, as. chlamys, ydis. fames, is. famos, i. tamen. Et polysyllaba. vt mamilla, æ. amita, æ. Præterquam amentū, i. amineum, i. damœta, æ. lamina, æ. lamentor, aris. mamercus, i. mamertinus, i. mamura, æ & mamurius, ij. & bamura ę. hamus hami. indifferentem habet.

A ante n, in dissyllabis producitur. vt sanus, a, um. planus, a, um. Breuiāt vero anas anatis. anus, us. cano, is. canis fluuius. manus us. planus plani pro nebulone. Et ab ana præpositione Græca composita, vt analecta analectorū, anaglyphum, anaglyphi. Et polysyllaba, vt animus animi, anubis anubidis, præterquam anulus anuli. canabis, is. danubius, danubij. ganeo ganeonis, quæ producunt.

A ante p. breuis est: vt apis, is. napus napi. vapidus, a, um. Producunt vero apis bos, apulus, a, um: apulia apuliæ, apœninus apœnini. Aphrica, cæ. crapula crapulæ: capetus capeti. pape interiectio. papilio, onis. papo, as. rapum, i. sapo saponis, sapis, is. flu. saperda, saperdæ, vapulo, as.

A ante q,breuis est,vt aqua aquæ,laqueus,i.

A ante r,breuis est,vt arista,ę:haruspex,icis.hara haræ.Producunt vero ara,æ.pro altari,arados,i. arceo, es. area, æ. barium,barij.baris,idis.caria,æ.carica,æ.carex,icis. glarea,æ.larius larij.larissa,æ. nares narium. naricia, æ. pareo,es.Et nomina adiectiua in arus,a,um. vt clarus,a,um varus,a um.

A ante s, breuis est.vt Asia,æ. casa casę. Producunt asius,a, um.asis,idis,asopus,i.basium basij.caseus casei. nasus nasi. Naso Nasonis, phasis phasidis phasithea. Sason Sasonis.

A ante t breuis est,vt quater & quaterni.nato, as. Producũt verò atys atyos.atagena,æ.atella,æ.atina atinę,ater,a,um catillus catilli,chratis,tidis,crates cratis, crater crateris, clatrus clatri,frater fratris,fatũ fati,gratus, a, um. latus,a, um. laterna,ę.latona,ę.mater matris. materia,ę. matur⁹, a,um.matutinus,a,um.pratum,i.patagia,ę. fluuius:Saturnus i.Scatinia lex,vates vatis,Vaticanus,i.

A ante u,consonantem breuis est:vt auis.Producunt vero auius,a,um.claua,ę.clauis,is.clauus,i.Dauid nomen,ꝓpriũ. dau⁹,i.flauus,a,um.gnau⁹,a,um.gauisus,a,um. Lauinium. nij.lauinia,ę.Mauors mauortis,mauis à malo.nauis,is. pauo,onis.prau⁹,a,um.rau⁹,a,um.suauis,e,suauium suauij.

E Ante b breuis est,vt trebia,ę.nebris, idis.Producũt vero creber,a,um.crebenus,i.fluuius.debeo,es.debilis debile.flebilis,e. gleba glebę,hebe,es. hebęsus,i. rhebus, bi.sebethus sebethi. fluuius: crebula,ę.thebę thebarũ: thebe,es:Immo omnia Gręca quę per eta scribuntur.

E ante c,breuis est:vt secus,pecus.Producunt vero secius,ꝓ minus:securus,a um.Gręca vero quę per eta scribuntur, omnia producunt:vt echo,us. lecytos.i.theca, ę. & ab eo composita:vt dactylotheca,ę.pinacotheca,ę.

E ante d,breuis est:vt sedeo,es.Producunt vero cedo,is,cessi.pedo,is,pepedi.sedulus,a,um.sedes,is. seditio, onis. Et Gręca quę per eta scribũtur : vt Medęa Medęę.theda,ę.

E ante f breuis eſt: vt nefas nefarius nefandus.

E ante g. breuis eſt: vt lego, is. rego regis. tego tegis. Producunt vero lego legas. pegaſus, i. regula, æ. regulus reguli regina reginæ: rhegium rhegij, tegula tegulę.

E ante l, in diſſyllabis longa eſt: vt chela chelæ. Breuiant vero chelys, is. celer, is, e. gela, æ. gelu indeclinabile: lelex lelegis: helix, is. Et à meli (hoc eſt melle) & à melã (quod eſt nigrum) compoſita & deriuata: vt melilothus, i. melanthium, melanthij: ſcelus ſceleris, telon telonis: velim, is, velut. veluti. Et nomina polyſyllaba, vt melior. Producunt vero bellua, ę. delibutus, a, um: delitię delitiarum, delubrum i. elyſium, ij. electrum, i. helios, i: ſol & ab eo compoſita. Peligni, orum, peluſium, ij. pelium pelij: pelias peliadis, ſpelunca ſpeluncę: ſpeleum ſpelei: telephus, i: pelamis, idis. telegonus, i: telemachus, i. telemus telemi: velabrum velabri.

E ante m. breuis eſt. vt emo, is. Producunt vero crementum, i. demum aduerbium demo, is. Et â demos compoſita. vt Demoſthenes emathia, ę: emolumentum, i: eminus aduerbium: femen, nis. Et ab hemis, quod eſt ſemis, compoſita: vt hemina, ę. hemicicli, i: hemus hemi, nemo neminis. phemone, es: remus remi. chema, aris. Et à ſemis compoſita, vt ſemita ſemitæ, temo temonis.

E ante n longa eſt: vt vena venę: veneo, is. Breuiant vero bene aduerbium benignus, a, um: enyo, enyus. enipeus, enipei. Enim coniunctio, feneſtra, ę. & a genes, quod interpretatur genus; & a geno genis deriuata & compoſita: vt Geneſis, eos: genus generis, menalippus, i: menapi, orum. menander, dri: phrenitis, is. Penes prępoſitio, penitus aduerbium, penetro, as. penates. penatium. penus, us, vel oris ſenex ſenis. Seneca, ę. ſenon, onis. ſthenelus, i. teneo, es: tenor, oris. tenuis, e, tenus prępoſitio, venafrum, i. venilia ę: & venetus, a, um, venia, venię: Venus, eris. venenum, veneni. venio, venis, xenium, xenij.

E ante p. breuis est. vt lepus, oris. nepa, ę. Producunt vero cepa cepæ. cephisus, i. Epirus, i. repo, is. sepe, is. sepia sepiæ.

E ante q. breuis est. vt equus, nequeo, is. neque. Producũt vero nequam nequitia, ę. nequaquàm, nequis, sequana, ę. flu.

E ante r. breuis est. vt serum seri. herus heri. Producũt vero beryllus, i. beritus, i. cerusa, æ. cerinthe, es. cera cerę. cler⁹ cleri, eridanus, i. fretum freti. Eruca, ę. feralis, & feronia, æ. ferię feriarum. geryones. hęres, edis. heros herois. Herodes Herodis. meriones, neritos, riti. neris, is. nerio nerienis. pera peræ. pero peronis. serus, a, um. seres serium. spero, as. seria, ę. seria seriorum. theron, nis. thera, æ. thereus, rei. verus, a um. veratrũ veratri verona, ę. Et a xeros, hoc est siccus, composita, vt xerampelinus xerolophus.

E ante s. longa est. vt theseus thesei. Breuiant vero sesostris, is. thesis. vesulus, i. & veseuus, i. vesuuius, ij.

E ante t. producitur. vt meta, ę. tethys, yos. Breuiant vero, etiam coniunctio. fretum, i. getes, æ. hetruria, ę. meto, is. metuo, is. metallum, i. metaurus, i. metopõ, u. Et a metros siue metha cõposita & deriuatiua, vt metreta, ę. metaphora, ę. retro. aduerbium, tetricus. a. um: thetis thetidis. Et a tetra composita: vt tetarcha. veto. as: vetus veteris: veternus veterni. Et habentia p ante e. vt petra: ę. peto petis.

E ante u. consonantem longa est: vt leuus: a: um. leuis & leue pro tersus & planus. Breuiãt vero breuis, e. leuis leue pro non grauis. seuerus: a: um.

I Ante b. breuis est. vt liber libri. Producunt vero fibula: ę. hibernus. a. um. ibis. is. liber liberi pro baccho & homine libertatem habente. Libethrum. oppidum. libo. as. libum. libi. scribo. is. scibilis scibile. sibilo. sibilas. tibia. ę. tibur tiburis. tribulum tribuli. Nam tribulus breuiat. viburnum viburni. vibex vibicis.

I ante c. breuis est. vt dicax. acis siculus. a. um. Producunt vero dico. is. ficus. i. Icarus. i. icon. onis. ico is. ycas. ę. liciũ. ij. mica. ę mice, es. i. victoria. Phycus. untis. oppid. pica. ę. pi

cus pici.picenum,i.fica ficę.ficut coniunctio. *Sicilia*,ę. *Si*cheus.i.*Sicauia*.ę.ſpica ſpicę.ſpiculum, i. ticinus. i. trica, tricę.triceni.ę.a.viceni.ę.a.vicus vici.vicinus.a.um.

I ante d.longa eſt.vt idem in genere maſculino. Breuiant vero cydon.onis:didymus,i.didyme,es:fidelia:fides chorda:fides fidei.Fidenæ fidenarum.gnydos: hydaſpes: pis hydrus:dri.Idem in genere neutro:idoneus:a:um. idume es.Ideo coniunctio.Quidem coniunctio. video: es: vidua: viduæ.

I ante r.non reperitur niſi in compoſitis,& breuiatur.

I ante g.breuis eſt:vt figulus:i. Producunt vero bigę bigarum:figo:is.fligo:is.frigus frigoris.frigilla:ę. gyges:ę.piga:gę.pigardus pigardi:ſtrigilis:is.ſtriga:ę.ſtigo:gas.trigę:garum.triginta:viginti:vigeſsis aduerbium.

I ante l.longa eſt:vt Iliſſus fluuius:hyle:es.pileus pilei:pila pilę.pro columna.Breuiant vero Cilium cilij:cylidrus:i.cylindrus:i.cilix cilicis:filix filicis.hilaris:e.ilaria. ę. Ilerda: ę.lilea lilę.lylibæum.i.milium milij.milo.onis. pila, æ. qua ludimus.pilus.i.pylos.i.phylos,i.phylera, æ.phylene,es.ſiler ſileris.ſilex ſilicis.ſila,ę.ſileo,es. ſiligo ſiliginis. ſiliqua,æ.ſilutus,i.ſtilus,i. tilia,æ.

I ante m.in diſſyllabis longa eſt. vt limus limi. Breuiant verò ſimus ſimi.himen,nis. minas minantis. nimis aduerbiū. Simon ſimonis. ſimul aduerbium, thymus, i.Polyſyllaba quoque,ſimilis,e.Producunt verò ſimuis, ij.ſimia,æ.ſimulus,i.Hymera,æ.& chimerinos,i.timeus,i.dimidium,ij.

I ante n,longa eſt:vt linum, i. ſinum ſini, pro vaſe. Breuiant vero cynapes,is.flu.cynedus,i.cinis cineris.cyniras, ę. cynicus,a,um: & a cynos compoſita.Inula, æ. inuus inui. Linus,i.nomen proprium:lino,is.minæ minarum.Minerua, æ.minium minij.minius,ij.flu.minio,nis. Myniæ populi: mina minæ.miniſter miniſtri.minor minaris,verbum,minor minoris.nomen, minuo, minuis.minus aduerbium, miniſcor.Ninus ninui.ſinapis,ſine præpoſitio: ſiniſter ſiniſtra ſiniſtrum,ſino ſinis:ſinon, onis ſinopis,is ſinus,nus

sinuessa,æ:rinea,æ.Et à syn præpositione Græca composita:vt synagoga,gæ:synhedra,æ.

I,ante p.breuis est:vt stipes,is.typhœus,i.scyphus,i.Producunt vero gryphes,gryphus,i.Iphitus, i.pipo, as.pipilo, as.riphæi riphæorũ:ripa ripæ.Scipio Scipionis,sipho onis stipes stipitis,stipo,as.scripulus scripuli,sipharium siphari,sipus sipuntis,typhis,is.typhon typhonis. vipera,æ.

I.ante q.breuis est.vt liqueo,es.liquo.as.siquidem. Producunt vero liquetium liquetij.liquor,eris. liquor, oris. liquidus,a,um.primam habet indifferentem.

I.ante r.longa est. vt lira pro sulco,& â chir (quod est manus)deducta partim breuiant vt chiragra, æ. partim producunt:vt chirurgus,i.chironomon,tis.Breuiant vero dirimo,is.hyrie,es.hirudo,inis.hirundo,inis.lyra,æ. Myrõ, onis,nomen propriũ viri:myron(quod interpretatur vnguentũ)nireus,i.& a pyr(quod est ignis)deriuata.partim breuiant:vt pyra,pyramon,nis.pyretrum pyretri.pyropus pyropi:partim producunt,vt pyramus pyrami:pyramus,ides.pyrene,es.pyrous pyroi,pirus : piri pirum,ri. quirinus,i,syrus,a,um:syracusæ syracusarum .tyrus tyri:tyrannus,ni: viridis viride : vireo vires : viriatus,ti : virosus a viro.

I.ante s.longa est:vt nisus nisi.Breuiant vero bison bisontis. cisium cisij.disertus diserti:Isara isaræ:Isaurus isauri : miser,a,um:nisi coniunctio:ptisana ptisanæ:ptysis,is:siler siseris:sisimbrium sisimbrij.

I.ante t.breuis est.vt Italus,a,um:mitra mitræ:citrũ citri : vitrũ vitri:Britannia britanniæ:vitium vitij:litera,æ.Producunt vero bithinia,æ.briton britonis:clitella,æ.clitũnus,i: clitorius clitorij:cliton,onis:dito ditas:ditesco,is:fritinio fritinis.Italia Italiæ:Ithyreus,a,um:mitis,e.mitylus mityli.nitor niteris.Pythagoras,æ:pitheus,ei: Python,nis:pythius,a,um:pyteleon pyteleontis:pytilma,tis : pituita,æ: indifferentem habet:ritus,us:rito,as:scitor scitaris : sithõ, onis:triticum,ci:triton,nis:tityrus tityri:titan titanis. titil

lo titillas. vita vitæ: vitis, is: vito vitas: vitupero, as. zithum zithi.
I. ante u. consonantem longa est: vt liuor, oris: viuo viuis.
O Ante b. longa est: vt gobius, ij. robur, oris. Breuiant vero globus, i: obelus, a, um: obelus, i: obulus, i. obex, icis: probus, a, um probo, as: probrum, i. soboles, is.
O ante c. breuis est: vt proceres, rum: voco, as. Producunt vero cocyrus, i. crocalus, i: focale, is: locusta, æ: oceanus, i: ocyor & ocyus: phoca, ę. phocus, i: phocis, idis, procerus, a, um: poculum poculi. vocalis vocale.
O ante d. longa est: vt clodius clodij: lodix lodicis, rodo rodis. Breuiant vero Fodio fodis: modus modi modo aduerbium odor, ris: odiũ odij: & à pus podos (hoc est pes) & à rhodos (quod est rosa) composita & deriuata: vt podalyrius podalyrij, rhododaphne, es. rhodus, di: rhodope, es: rhodanus, rhodani: sodalis, is,
O ante f. breuis est, vt ofella. Producunt vero tofus, tofi.
O ante g. longa est: vt cogo cogis. Breuiant vero logos, & ab eo cõposita & deriuata: vt theologus: rogus rogi: rogo, as: toga togæ.
O ante l. breuis est: vt colon membrum: colo is: colocasia, æ. Producunt vero boletus boleti bola, æ. colum, i: colyphiũ colyphij: dolium dolij: dolõ, onis: moles, is: molior, iris: moly molyos: nola, æ: nolo verbum: olearus, i: olenus, i: olim aduerbiũ prolixus, a, um: proles, is. polypus, i: polydamas, tis: solus, a, um: solor solaris: solers solertis: solennis solenne spoletium spoletij: tmolus tmoli.
O ante m, longa est: vt doma, atis: vomer vel vomis, eris: cosmo, mis. comessor, aris. Breuiant vero bromius bromij: coma, æ: comes, itis: chromis, is: comedo, is: dominus, ni: domus, us: domo domas: glomero, as: homo hominis: homerus homeri. nomas nomadis. omasum, i. omitto, is: stomacus, i: tomos, & ab eo composita et deriuata: vt atomus atomi: protomus protomi. Tomacula, æ: vomo, is.
O ante n. breuis est: vt bonus, a, um: moneo, es. Producunt

conor,aris.cone,es.conopeũ,i.conus,i.donum, i.donec: monychus,chi:nonus,a,um.nonæ, a,um. pronus, na, nũ. pono,nis pone præpositio & aduerbium: zona zonæ, & gonia, quod interpretatur angulus, & phone quod est vox,& ab eis cõposita & deriuata:vt trigonus,a, um. phonascus,i. de quibus in medijs syllabis dicemus.

O ante p,breuis est,vt populus populi,opis opem ab ope.Et in plurali opes,sopor soporis. Producunt Copa, copæ: nomen proprium fœminæ,copia,æ. copula copulæ. copo,nis.cophos,i.hoc est surdus,dropax,acis.opis,is.nympha,opilio,onis.populus,i.pro arbore.popeanum, i.propago provite,propino,as.indifferentem habet.psophis, idis.scopæ scoparum.sopio sopis.stlopus,i.

O ante q.breuis est,vt loquor,eris.coquo,is.quoque,aduerbium.

O ante r.breuis est.vt chorus chori. Cora coræ, oppidum Italiæ.Producunt verò coris cori,pro vento argeste, coram præpositio & aduerbium,corycus,i. corytus,i. coralium coralij,chloreus,i.doris doridis.doricus, a,um. dorion dorij.doron,hoc est donum siue palmus,hora horę. morus,i.moro,nis.Noricum,i.ora oræ, oro oras:orythia orythiæ.orion orionis. Oricos, oppidum,prora prore, sora soræ.soracte soractis.sorex soricis.thorax thoracis. Et habentia l.ante o. vt lorũ lori. gloria,riæ.ploro, ras.

O ante s.longa est.vt Moses mosis.prosa prosæ. Breuiant vero cosæ cosarum.cosyra cosyre. dosis,hoc est datio,mosa mosæ,osyris osyridis.proscucha,æ.prosymna,æ.posui,a pono,nis.rosa rosæ.

O ante t.breuis est. vt notus, ventus,nothus,i. spurius, nota notæ.& noto notas.botrus botri. Producunt vero clotho,us.lothos lothi.poto potas. proteus,i. sotades sotadis.totus,a,um.Et a protos, quod interpretatur primus, composita:vt Protogenes protogenis.

O ante u.consonantem,breuis est, vt ouis,nouus noua nouum,Producit vero ouum oui.

V Ante b. breuis est, vt tuber, a, um. Producunt vero bubulcus, i. bubo, nis. bubalus, i. bubastus, i. iubilus, i. lubricus, a, um. nubes, is. nubo, is. pubes, is. rubigo, inis. suber suberis: subula, æ. tuber, ris. vber vberis.

V ante c. longa est. vt duco ducis. luceo, es. Breuiant vero cucufas cucufatis, cuculus, i. cuculo, as. cucullus i. cucuma cucumæ. cucumis, is. cucurbita, æ. cucurrio, is. ducenti, æ, a. duceni, æ, a. iucundus, a, um. lucerna, æ. lucrum lucri. lucumo, is, lucellum, sucerda sucerdæ.

V ante d. longa est, vt rudo dis. ludo ludis. Breuiat vero pudor. doris. pudet pudebat. rudis, is. virga prætoris, rudens rudentis. sudes, is. studium, ij. Tuder, eris. tudes, itis.

V ante f. longa est, vt Vfens vfentis. bufo, nis. Breuiant vero Rufe rufarum.

V ante g. longa est. vt iugerum. i, nugę, arum. Breuiant vero fugio, is. fuga, æ. iugum, i. iugis, e. iugulo, as. pugil, is. tugurium, ij.

V ante l. breuis est. vt fulix, icis. Producunt vero culus culi. Dulichium, ij. fuligo. inis. Iulius, ij. mulus, i. mula mulæ, pulegium pulegij, pulex pulicis. Thule thules. vligo vliginis.

V ante m. longa est, vt humor, oris. humidus, a, um. humanus, a, um, iumentum, i. Breuiant vero cumulus, i. crumena, e. humus, i: humerus, i. Numa, æ. Numantia, æ. Numanus, i. nomen proprium viri: numerus, i. numisma, atis. rumex, cis. tumeo, es. tumulus, i.

V ante n. longa est, vt munus, eris. Breuiant vero cuneus, i. cuniculus, i. tunica, æ.

V ante p. breuis est. vt lupus, i. Producunt vero cupa, æ. Iupiter, nuper aduerb. pupus pupi. pupa pupæ. pupilla, æ, pupillus, i. rupes rupis, scrupus scrupi. suparus supari, stupa, ę.

V ante r. lõga est: vt cura, æ. curio. onis. Breuiãt vero Curi9, ij. Cures curiũ oppidũ. Curetes, populi curulis. e, Durius durij: fluuius furio is. muria. æ. nurus us: spurius ij.

V ante s. longa est: vt pusio pusionis, Breuiant vero Frusino,

onis:pusillus,a,um.Susanna,æ:susurrus susurri.

V ante t.longa est:vt vtor,eris.Breuiant vero cutis,is:frutex fruticis:futuo,is:futurus,a,um.lutũ,i.Mutina,æ.mutilus,a,um:muto,onis:nutrio,is:puteꝰ putei:putris e:puto,as.Ruteni populi:rutilus,a,um.Rutuli populi:rutrum rutri.Rutuba,æ:fluuius.Rutupe oppidum:vter,a,um:vter vtris:vterus vteri.vtica vticæ.vti coniunctio.

V purum ante u.consonantem longum est:vt vua. Quod si consonans præcedat,breuiatur:vt fluuius,ij.iuuo,as:pluuia,æ.

Demedijs syllabis. Caput. V.

A Ante b in medijs syllabis breuis est.vt Calabria,ę.syllaba,æ.Producunt vero Atabulus,i:& verbalia in abilis desinentia:vt amabilis.Et in abundus,a,um:vt populabundus,a,um.Et in abulum:vt incunabulum,i:venabulum,i.tintinabulum,i.Et in abrum:vt Velabrum,i.

A ante c.breuis est:vt alacer,cris.Producunt vero Benacus,ci:cloaca,ę:iracundus,a,um.meracus,a,um.mastaciũ,ij.nouacula,ę.opacus,a,um.pastinaca,æ.pistacium,ij.portulaca,ę.retinaculum,i:sarracum,i.Et nomina deriuatiua in acrum:vt lauacrum,simulachrum,ambulacrum:vel in aculum.vt gubernaculum,i.Et in aceus,a,um.vel acius,a,um:vt ordeaceus,a,um:gallinaceus,a.um:accinacius,a,um.vinacium.

A ante d breuis est.vt Bragada flu.Producit vero cicada.

A ante g.longa est.vt imago,inis.indago,as.vel indago,inis.Breuiant vero aruiragus,i.asparagus,i.chiragra,ę.lalage,es.mandragora,æ.massageta,ę.patagia,æ.pelagus,i.podagra,ę.vertagus,i.Et composita ab agorazo,quod est emo,vt Pythagoras,Anaxagoras.Et ab ago,quod est duco,vt pędagogus,synagoga,ę,paragoge,es.Et a frango,is.vt naufragus,& a vagus,a,um.vt noctiuagus.

A ante l.breuis est.vt Menalus,i.Italus,i.Producunt vero canalis,omphale,sardanapalus,stimpalus,sandalium,dalij.Et in alis desinentia deriuata a nominibus vel verbis.vt

animalis,vocalis,venalis.

A ante m breuis est:calamus,i:thalamus,i. Producunt verò dictamnũ,i.Et verbalia in amen siue amentum finita: vt solamen solamentum,iuuamen iuuamẽtum:& Hebræa ad declinationem nostram deducta, vt Adam Adamus.i: Abraam Abraamus,i.

A ante n longa est,vt inanis.Breuiant vero apidanus,i balanus,i:clibanus,i:drepanum,i: dardanus, i, neridanus, i, galbanum,i,hypanis,is,hyppomanes.Laganũ i: libanus i raphanus,i:rhodanus, i: & nomina græca desinentia in phanus,vel phanes.Stephanus.i: epiphanes, nis. Aristophanes,is:sicanus,a,um.Cyane indifferentem habet.

A ante p breuis est:vt alapa, ę:terape, es. Producunt vero anapis,anapis:mesapus,mesapi priapus, priapi: serapis, is:sinapis,is.

A ante q breuis est: vt tanaquil. Producunt vero nequaquã & vtraq; in ablatiuo,& vsquequaque aduerbium.

A ante r breuis est,vt cithara,æ.barbarus,a,um.Producunt vero amaracus,i:amarus,a,um: auarus,a,um: cochleare, is:denarius,ij:tiaras,ę:& denominatiua in aris, vel arius, a,um: vt auxiliaris,e:antiquarius,a,um: sextarius, ij: lacrarium,ij.

A ante s breuis est: vt petaso,onis,carbasus,i.Producunt vero agaso,onis:amasis,is:omasum,i:parnasus,i.

A ante t breuis est,vt cyathus,i: calathus, i. Producunt verò acathes.æ,pro lapide,aratus,i,aratum,i.Egathes insulæ. Et propria nomina in ates: vt phrates,is: Euphrates, is: Mithridates,& denominatiua in atus,vt Senatus.

A ante u consonantem longa est: vt cadauer,eris, papauer, eris.Breuiant vero Batauus,a,um.Patauium,ij.

E Ante b breuis est: vt tenebræ,arum,erebus,i.Producũt vero corebus,i:ephebus i: perrhebus,a,um.

E ante c longa est: vt imbecillus,a,um,& à theca composita: vt bibliotheca,apotheca.Breuiant vero Seneca,æ senecio,onis:illecebræ,arum.

E ante d lõga est:vt teredo,inis.Breuiãt vero Andromeda,æ.essedum,i.lebedos,i.Macedo,onis,peucedanũ,i.Tenedos,i.Vnedo,is.Et ab hedra composita:vt cathedra:sinhedra:& à medeo,quod est impero composita : vt Diomedes:& à cleos,quod est gloria:vt Empedocles.

E ante f indifferens est:vt tepefacio,is.calefacio,is. Producunt vero veneficus,i.venefica,æ.

E ante g breuis est:vt elegia,æ.telegonus,i. Producunt vero cethegus,i.aliqui diphthongo scribunt.

E ante l breuis est:vt obelus,i.sepelio,is. Producunt vero phaselus,i.philomela,æ. & deriuatiua in elis:vt crudelis & in ela:vt tutela. Cybele indifferentem habet.

E ante m longa est:vt eremus,i.Breuiãt vero Artemis,idos id est Diana:& ab eo composita: elementum,i. Ptolemęus,i.tlepolemus,i.vehemens,entis.

E ante n producitur:vt verbena,æ. Breuiant Armenia,æ Arebenus,i.helenus,i.Helena,ę.iuuenis,is.ingenium,ij.ingenuus,a,um:olenus,i.orcomenos: porsena,ę. & composita à Venio:vt aduena,æ. & à genes, hoc est genus, vt Archigenes:Antigenes:Diogenes:Hermogenes:Menogenes:Origenes:Protogenes.Et à sthenos,hoc est robur vt Antisthenes:Calisthenes: Demosthenes. Et à parthenos,quod est Virgo,vt parthenius,ij.parthenope:parthenopeus:& in mene vel menes finita : vt climene,es.nyctimene,es. philopomenes,is. periclemenes, is. achemenes,is.

E ante p breuis est:vt telephus:i. Producunt vero asepus,i.asclepius,ij.Iosephus:i.pręsepe:is.

E ante q breuis est:vt diequarti:diequinti:neq; : nequeo:is.

E ante r breuis est:vt Cerberus:i.Producunt vero Abdera:ę.austerus,a,um.Chimera:æ.Cythera:orũ. Cytherõ:nis.cyperus:i.galerus:i.Homerus:i. Et à hieros cõposita:vt hiera,æ.Hierapolis:is. Iberus:i. machera:æ. Megera:æ.mysterium:ij.niceteriũ:ij.pãthera:ę.proderis: is, syncerus:a:um,trieteris trieteridis.seuerus:a:um.

E ante ſ breuis eſt: vt Apeſas, antis. hęreſis. Producunt vero carcheſiũ, ij, diœceſis, eos. Galeſus, i. Haleſus, i. Ieſus. Lyrneſus, i. Mileſius, a, um. Marpeſus, i. Magneſia, æ. matheſis, eos. poëſis, is. ſyntereſis, is. & ab eſus, a, um, compoſita: vt obeſus, a, um.

E ante t longa eſt: vt moretũ, i. Breuiant vero Amethyſtus, i. Arethuſa, ę. chryſendetũ, i. Iapetus, i. Lãpetia. Macetes, ę pharetra, ę. pheretrũ, i. Piritrum. Phaëtō, tis. Phaetuſa, ę. Taygeta, æ. Taygetus, i. Triqtra, æ. triquetrus, a, ũ. temetũ, i. Venetus, a, ũ vietus a, ũ. Et denominatiua in etas deſinentia: vt pietas, atis. varietas, atis: & ab arete, hoc eſt virtute, compoſita: vt paneretos, i. aretalogus, i.

ante u conſonantem producitur: vt Veieuus: Sueuus.

Y

Ante b breuis eſt: vt ſenſibilis, alibi.

I ante c breuis eſt: vt ruſticus. Amicus nomen propriũ viri. Producunt vero amicus, a, um. Apicius, ij. apricus, a, ũ. Aricia, e. Caicus, i. canicula, ę. craticula, ę. cuticula, ę. cuniculus, i. conuitiũ, ij. ceruical, alis. Equicolus, i. febricula, æ. formica, æ. Labicus, i. lectica, æ. lũbricus, i. myrica, æ. Marica, æ. lorica, æ. mendicus, a, um. meretricula, æ. multiciũ, ij. Naſica, æ. nouicius, a, um. Numicius, ij. Paliscus, i. periculũ, i. poſticus, a, um. poſticũ, i. pudicus, a, um. pedico, as. pediculus, i. phœnicopterus, i. redimiculũ, i. rubrica, æ. Triuicus, i. tibicē, inis. tegeticula, ę. veſica, æ. vmbilicus, i. vrtica, ę. vſtica, æ. Vaticanus, i viticula, ę. Et à nice, hoc eſt victoria, compoſita: vt Polynices, is. olympionices, ę. Et nomina barbara in icus: vt Alaricus Alarici: Theodoricus, i. Fredericus, i.

I ante d breuis eſt: vt liuidus, a, um. cupidus, a, um. Producũt vero Abydos, i Acidala, æ. deſidero, deras. faſtidio, is. formido, as. trucido, as. Et nomina in do exeũtia: vt crepido, inis. cupido, inis. formido, inis. libido, inis. Et nomina patronymica maſculina à nominibus in eus diphth. deſinẽtibus: vt à Prometheus: Promethides: à Tideus, ei

prijs virorum siue locorū deriuata in ites, uel in ita pro masculinis in itis, pro fœmininis desinentia: vt leuite, vel leuita, ę. leuitis, idis. Moabites vel moabita, moabitis, idis Et denominatiua in itus, a, um, exeuntia: vt auritus, a, um. turritus, a, um. Verba quoq; frequentatiua, & nomina participialia, quæ formantur à supinis verborum quartæ cōiugationis in itum penultima longa terminatis: vt dormio, is, dormitū, dormito, as. audio, is, auditum, anditus, tus. Seruitus tamen à seruio, is. penultimam breuiat, & seruitium, ij.

I ante u consonantem longa est: vt saliua, æ. Breuiant vero rediuinus, a, um. Niniue, es.

O Ante b breuis est: vt orobus, i. Producunt vero Iacobus, Iacobi, october, bris.

O ante c breuis est: vt colocasia. Producunt patrocinium, ij. negocium, ij.

O ante d longa est: vt erodius, ij. Herodes, is. orodes, is. Et nomina græca in odes finita: vt geodes, i. terrenus. capnodes, i. fumosus. Et ab ode, quod est cantus: vt epodos. Ab hodos vero quod est via, composita breuiant: vt exhodus, i. perihodus, i. synhodus, i.

O ante g breuis est: vt composita à logos, quod est sermo: vt theologus, astrologus, aretalogus. Producūt vero ab ago (quod interpretatur duco) cōposita: vt pędagogus, isagoga, æ. synagoga, æ. paragoga, æ.

O ante l breuis est: vt asbolus, i. soboles, is. Producunt vero ętolia, ę. capitoliū, ij. cimolus, i. idolū, i. mediolanū, i. pactolus, i. Et à poleo, hoc est vendo composita: vt Pharmacopola, ę. bibliopola, æ.

O ante m longa est: vt amomum, i. Breuiant vero Sodoma, Salomon, Salome. Et à stomos composita: vt Chrysostomos. Et à dromos: vt catadromos. Et à tomos: vt atomus.

O ante n longa est: vt corona, bellona. Breuiant vero abrotonum, i. aponus, i. ausonius, a, um. coctonū, i. geryones, is. hermione, nes. mycone, es. Et a gonos siue gone (quod

est genus) cõposita: vt antigonus, o. erigone, es. Et à pho nos quod est mors: vt Tisiphone, es. Persephone, es. Leontophonus, i. Nam à gonia, quod est angulus, producunt: vt trigona figura, aut tetragona, pẽtagona. Et à phone, quod est vox: vt symphona, antiphona, aphona.

O ante p breuis est. vt caropus, æsopum, rhodope. Producunt vero anthropos, asopus, i. æsopus, i. canopus, i cono pœũ, œi: crotopus, i. Europa, ę. hyssopus, i. opas, æ. metopon, pyropus, i. sinope, es. sino pis, idis.

O ante r breuis est: vt pacorus. Et composita à chorus: vt mesochorus, philochorus: & ab agorco, quod est mercor: vt pytagoras, æ. anaxagoras, ę. Et à phoro, quod est fero vt carpophorus, i. doriphorus, i. Producunt vero aurora æ. antores, is. cytorus, i. diorus, i. florus, i. Et denominatiua in orus, a, um. vt decorus, a, um. odorus, a, um. Et à dorõ: quod interpretatur palmus siue donũ cõposita: vt Polydorus, i. Theodorus, i. Isidorus, i. Et à moros: quod est fatuus: vt Sycomoros.

O ante ſ longa est: vt hircosus, dolosus, alosa. metamorphosis, eos. Breuiant vero ambrosia, æ. Ambrosius, ij. Theodosius, ij. Et Gręca habentia o micron: vt Mnemosyne.

O ante t longa est: vt ægrotus, a, um. Breuiant vero à dotos: quod est datus composita. vt antidotum, i. Herodotus, i.

V Ante b breuis est: vt coluber, Rutuba, ę. delubrũ, i. Producunt vero ambubaia. A nubis, idis. saluber, bris. solubilis: volubilis. A nubo, is. composita breuiant duo, pronuba, innuba, connubium vero indifferentem habet.

V ante c longa est: vt eunuchus, i. caducus, a, um. Breuiant vero volucer, cris, cre. volucris, is.

V ante d longa est: vt hirudo, inis, testudo, dinis. Breuiat vero Dryuda, ę.

V ante f vnum reperio nomē proprium viri Cucufas, quod breuiat.
V ante g longa est. vt salsugo, inis: ærugo, inis.
V ante l breuis est: vt annulus, i. æmulus, a, um. Producūt vero adulor, aris. Amulius, ij. Apulia, æ. curulis, e. edulis, e. Getulia, æ. peculium, ij. torcular, aris. tribulis, e. Et à bule quod est consilium composita: vt Thrasybulus, i. Aristobulus, i. Cleobulus, i.
V ante m longa est: vt acumen, inis. alumen, inis. Breuiant autumo, as. Automedon, ontis. columen, inis. columella, æ. documentum, i. emolumentum, i. irrumo, as. Lucumo, onis, monumentum, i. Et à tumeo composita: vt cōtumax acis.
V ante n longa est: vt fortuna, æ. Breuiat vero Albunea, æ.
V ante p breuis est: vt vpupa, æ. Centurupe, es.
V ante r longa est: vt silurus, i. ligurio, is. Breuiant vero Bituri, orum. camurus, a, um. centurio, onis. lemures, rū. luxuria, æ. Mamurius, rij. Mercurius, ij. purpura, æ. Sabura, æ. tugurium, rij. Et verba desideratiua quę formantur ab vltimo supino addita, rio: vt ab esu, esurio, is, à partu, parturio, is.
V ante s producitur: vt cerusa, æ. Breuiant Brundusium, Blādusia, Canusium, Perusium, ij, Volusius, ij. Venusium, ij.
V ante t longa est: vt cicuta, ę. præputium, ij. confuto, as. refuto, as. Breuiant arbutus, i. defrutū, i. recutitus, a, um: & à quatio, is. composita: vt concutio, is.
V ante u consonantem breuis est; vt diluuium, ij. exuuiæ, arum.

De vltimis supinis. Cap. VI.

A Terminalis longa est: vt ama, supra. Breuiant vero ita, puta aduerbium, quia. Postea, indifferētem habet. Nominatiuus quoq; accusatiuus & vocatiuus vtriusq; numeri, præter nomina numeralia in ginta desinētia: vt triginta, quadraginta. Et à nominibus Græcis in as, & in es productas desinentibus vocatiuus in a producitur: vt Ae

neas,ô Aenea: Anchises,ô Anchisa. Nominatiuus quoque à Græcis plerunque producitur: vt Nemea, & Tegea, æ.
E terminalis breuis est: vt hoc mare, lege, legere. Producunt vero accusatiui trium pronominum ego: me: tu: te: sui: se. Et nomina Græca fœminina, quæ ad primam nominum declinationem referuntur: v Penelope in nominatiuo, datiuo, vocatiuo & ablatiuo. Et nomina Græca pluraliter declinata: vt cete, tempe, mele: & vocatiuus ablatiuusque à nominibus Græcis terminatis in es productã: quę ad primam & tertiam declinationem Latinam referũtur: vt Anchises ô Anchise, ab Anchise. Vlyxes, o Vlyxe, ab Vlyxe. Et ablatiuus singularis à nominibus quintæ declinationis: vt dies à die. Et genitiuus irregularis quintæ declinationis in e: vt dies die. Et secunda persona singularis præsentis imperatiui modi secundę coniugationis actiuæ vocis: vt doce, mone, aude. Et aduerbia illa, fere, ferme, quare, ne pro non, nę pro certe, vę pro hei: sed hæc duo diphthongon habent. Interiectiones quoque producũtur: vt pape, ohe. Et aduerbia à nominibus adiectiuis deriuata: vt à pulchro pulchre. Breuiant tamen à bono bené, à malo malé Et præpositiones, e, de, producuntur.
I terminalis longa est: vt gummi, amaui. Breuiant vero, nisi, quasi. Datiuus quoque & vocatiuus Græci in i, desinentes à nominibus quintę declinationis illorum, quæ ad tertiam nostram referuntur: vt Palladi, Phyllidi, Priami, pari: mihi vero, tibi sibi ibi & vbi indifferentem habẽt.
O terminalis indifferens est: vt ego ergo sermo onis: amo as. Producunt vero datiui & ablatiui singulares secundę declinationis vt domino à domino: & aduerbia datiuis similia: vt falso certò. Et omnia Græca fœminina in o desinentia: vt Sappho, Alecto Clio: & dictiones monosyllabę vt o do pro. Breuiant tamen cedo pro dic cito ilico modo, duo ambo. Gerundia vero datiui & ablatiui indifferenter desinunt.

V terminalis longa est: vt cornu, gelu.

B terminalis breuis est: vt ab, ob, sub. Barbara vero producunt: vt Iacob, Aminadab.

C terminalis longa est: vt hoc, dic, duc, sic. Breuiãt vero fac, lac, donec, nec. Hic pronomen, indifferens est.

D terminalis breuis est: vt, ad, apud, sed, illud, istud.

L terminalis breuis est: vt tribunal, alis. Producũt vero Nil indeclinabile, Sol solis. Et nomina barbara: vt Baal, Michael, elis. Israel, elis.

M terminalis ab antiquioribus breuis ponebatur, sed in vsu autorum aut abiicitur, aut cũ sequenti consonante vocalem præcedentem producit.

N terminalis longa est: vt Pæan pæanis, non, quin. Breuiant vero an, forsan, forsitan, tamen, in. Et ex iis composita: vt attamen, exin, dein, proin. Et nomina Græca in on finita, quę ad secundam nominis declinationem latinam referuntur: vt Ilion, ii. Pelion, ii. Accusatiuus quoq; primæ declinationis à nominibus græcis in a breui terminatis, & secundæ in os, & tertię in is: vt Aegina, æginam. Menelaos, Menelaon. Daphnis, daphnin. Et nomina Latina in en desinentia, quæ mittunt genitiuum in inis: vt nomen, inis. fulmen, inis. Et dictiones compositæ cũ hac particula ne, interrogatiua, quæ in fine abscinduntur: vt egon pro egone? viden, pro videsne?

R terminalis breuis est: vt Cæsar, ris. Producũt vero far farris, par paris, nar naris, ver veris, iber iberi, cor cordis, fur furis. Cur aduerbium. Et nomina Græca in er, mittentia genitiuum in eris: vt aër aëris, æther ætheris.

As terminalis producitur: vt ęstas æstatis. Breuiãt vero græca mittẽtia genitiuum in adis, vel ados: vt Arcas, adis vel ados. Accusatiuus quoq; pluralis à nominibus grecis, quę ad tertiam nostram nominis declinationem referuntur: vt Arcas arcadas. Menas menadas.

Es terminalis longa est: vt proles, is. leges. Breuiant vero Es, à Sum, es, fui, cum compositis, Penes prępositio, seges

etis,teges tegetis,indiges,etis.perpes,is.interpres,etis.teres,etis.presprepes,etis.hebes,etis. inquies, etis. Et mittentia genitiuum in itis,vel idis:vt stipes, itis . obses, idis. Et pes cum suis compositis,vt bipes, tripes. Et nomina Græca quintæ declinationis, quæ ad tertiam nostram declinationem referuntur in nominatiuo & vocatiuo plurali:vt arcadeso arcades, peliadeso peliades. In is breuiant:vt panis,legis.Producunt vero dis,ditis.lis,litis.samnis,samnitis.quiris,quiritis. glis, gliris. pyrois pyroentis.simois entis. Et similia quæ per ei diphthongon à Græcis scribuntur. Et Græca mittentia genitiuum in inis:vt Salamis salaminis,delphis delphinis. Et mittentia genitiuum in yos:vt Tethys tethyos,erinnys erinnyos. Datiuus quoque & ablatiuus plurales primę & secundæ declinationis: vt musa musis à musis,dominus dominis à dominis.Et accusatiuus tertię declinationis quãdo exit in is:vt omnis,tris. Vis etiam in nominatiuo & genitiuo.Vis quoque in secunda persona à Volo.Velis quoque & Nolis,& Sis à Sum,es fui,& fis à fio. Et secunda persona singularis præsentis indicatiui modi quartæ cõiugationis:vt audis ab audio, venis à venio,nescis à nescio.

Os terminalis producitur:vt ros roris,sacerdos,otis.Breuiãt vero os ossis: nam os oris producitur, cõpos,otis.impos otis.Et græca quartæ declinationis desinentia in os,quę ad secundam declinationem latinam referuntur:vt Abidos,i.chaos chai.Et genitiuus Græcus in os: vt tereus tereos,arcas,ados.

Vs terminalis breuis est vt dominus,amamus. Palus, udis, mediam habet.Producunt vero Tellus,uris, incus,udis. subscus,udis.Et nomina monosyllaba: vt grus gruis.thus thuris. Et quæ mittunt genitiuum in utis penultima longa.vt virtus virtutis.Et nomina Græca mittentia genitiuum in untis vel in odis:vt Amatus,untis. melampus,podis.Et nomina quę habent apud illos oy diphthongon:

vt panthus panthu. Iesus Iesu. Et genitiui synerizati à nominibus fœmininis desinentibus in o: vt sapho, phus mãto mantus. Genitiuus quoq; singularis: & nominatiuus, & accusatiuus, & vocatiuus quartæ declinationis: vt manus manus, sensus.

T terminalis breuis est: vt caput amat.

Omnis syllaba in fine carminis, aut prosæ orationis clausula, indifferens est: quia longa pro breui, & breuis pro lõga inuicem ponuntur.

Dictiones barbarę, quæ accentu acuto in fine proferuntur, in quãcũq; literam desinant, vltimas syllabas producunt, vt Iacob, Ioseph, Alaric, Lenor, Enric.

¶ Longæ pro breuibus.

Pro breuibus longas posuerunt sæpe poëtæ,
Pro longis contra correptas sæpe dederunt:
Matri longa decem tulerunt fastidia menses.
Obstupui, steteruntq; comæ, & vox faucibus hæsit

Longę pro breuibus. Notauerũt autores in poëtis (Virgilio maxime) quosdam locos: quibus posuerũt syllabas longas pro breuibus, atq; e diuerso breues pro lõgis: vt in Buc. Matri longa decem tulerũt fastidia menses. Nam per regulam superiùs traditam, hoc est. E verbũ crescens alibi producit vbiq;. E penultima producitur, cum in carmine illo breuietur. Idem 2. Georg. Miscueruntq; herbas & non innoxia verba. Idem secundo Aeneid. Obstupui, steteruntq; comę. Diomedes tamen autor est antiquiores tertiam illã personam breuiasse. idq; confirmat Terentij autoritate in prologo Eunuchi scribentis: postquam Aediles emerunt: sic enim proferendum esse dicit; vt accentus sit in tertia à fine.

Posthabita coluisse Samo, hic illius arma.
Vnius ob noxam, & furias Aiacis Oilei.
Ipsius ante oculos ingens à vertice pontus.
Cum subito assurgens flatu nimbosus Orion.
Egerimus nosti, & nimium meminisse necesse est.
Hi tibi momentum, & Gabios vrbemq́; Fidenam.

Breues pro longis.

Italiam fato profugus Lauinaq́; venit.
Exercet Diana choros, quam mille secutæ.
Troas reliquias Danaum, atque immitis Achilli.
Religione patrum multos seruata per annos.

✢Hic illius arma. illud i, ante us, natura esse longum dicit: breuiari tamen autoritate. Et idem dicendum de vnius, & ipsius, similiter declinatis. ✢Nimbosus Orion. hic in prima breuem posuit, cum sit natura longa: vt Ouid. 2. Fastorum: Ensifer Orion aspiciendus erit, & Lucanus in primo: Ensiferi nimiũ fulget latus Orionis. ✢ Egerimus nosti. De hoc paulò ante ex autoritate Probi & Seruij multa diximus. ✢Vrbemq́; Fidenã, cum Fidenæ fidenarum primam producat: vt apud Iuuen. Viuat Fidenis: vt vixit in agro. Atq; rursus: An Fidenarum Gabiorumq; esse potestas. Vergil. 6. Aenei. breuiauit dicens: Gabios, vrbemq́; Fidenam: ✢Breues pro longis. Italiam fato. Cum Italus primam breuiet: vt in. 7. Aenei. Antiqua ex cedro Italusq; paterq;. Sabinus, & Horat. secundo sermonũ: Prædia Cæsar an est Itala tellure daturus. Necessitate carminis producitur: quia tres syllabæ breues nõ veniũt facile in carmẽ Heroicũ. Exercet Diana choros. Diana quoq; primã breuiat: siue dicta sit à die: vt Cicero voluit: siue adiecta d, Diana quasi iana ab eũdo. Verg. 1. Aen. produxit dicens: Exercet Diana choros. Troas reliquias, cum reliquiæ dictæ sint à relinquendo, quod primã

breuiat Vergil. 1. Aeneid. producit, dicens: Troas reliquias danaum. ⁂Religione patrum. cum religio dicta sit à religando, quod æque primam breuiat. Virg. idem producit, dicens: Religione patrum multos seruata per annos. Et eodem modo de compluribus alijs, quę per autores sparsa reperies.

⁂De pedibus, qui syllabis constant. Cap. VII.

PEs, est sublatio ac positio duarum ampliúsve syllabarũ spacio comprehensa.

Duarum syllabarum pedes sunt quatuor,

Pyrrhichius, constat duabus syllabis breuibus: vt Deus, furor, amat. Spondeus, constat duabus syllabis lõgis: vt mõtes, gentes, audi, Trocheus, siue Choreus constat ex lõga & breui: vt tempus, corpus. Iambus, constat ex breui & longa, vt dies, amant.

Trium syllabarum pedes sunt octo.

Tribrachus, constat ex tribus syllabis breuibus: vt dominus.

Dactylus, constat ex prima longa & duabus breuibus: vt tempora.

Anapestus cõstat ex duabus breuibus & lõga: vt dominos.

Bacchius constat ex breui & duabus longis: vt Athenæ.

Antibacchius, constat ex duabus longis & breui: vt natura.

Amphimacer, constat ex longa, breui & longa: vt aureos.

Amphibrachus, constat ex breui longa, & breui: vt amoris.

Molossus, constat ex tribus syllabis longis: vt Aeneas.

Quatuor syllabarum pedes sunt. XVI.

Proceleumaticus constat ex duobus pyrrhichijs: vt abiete, ariete.

Dispondeus, constat duobus spondeis: vt oratores.

Dichoreus siue Dithrocheus, constat duobus choreis siue trocheis: vt cantilena.

Dijambus, constat ex duobus iambis: vt propinquitas.

Choriambus, constat ex choreo & iambo: vt nobilitas.

Antipastus, constat ex iambo & trocheo: vt Medulina.

Pęon primus, cõstat ex choreo & pyrrhichio: vt tẽporibus
Pæon secundus, constat ex iãbo & pyrrhichio: vt Colonia.
Pęon tertius, cõstat ex pyrrhichio & trocheo: vt catamitus.
Pæon quartus, constat ex pyrrhichio & iambo: vt celeritas.
Epitritus primus, constat ex iãbo & spondeo: vt sacerdotes.
Epitritus secundus, constat ex trocheo & spondeo: vt conditores.
Epitritus tertius, cõstat ex spondeo & iãbo: vt discordiæ.
Epitritus quartus, cõstat ex spõdeo & trocheo: vt audiuistis
Ionicus à maiori, constat ex pyrrhichio & spõdeo: vt Diomedes.
Ionicus à minori, cõstat ex spõdeo & pyrrhichio: vt Demetrius.

Quinq; syllabarum pedes sunt. XXXII.

Orthius, constat ex pyrrhichio & tribracho: vt anima mea.
Periambus, ex trocheo & tribracho: vt tempora tua.
Reliqui quoq; pedes, qui ex superioribus componũtur, de quibus Diomedes multa. Est quoque huius ordinis pes cõstans ex bacchio & iãbo, appellaturq; Dochimus, de quo apud autores crebra fit mentio. De illo Ruffinus scribit.

Rhetoricas pulcher structuras Diochimus ornat.
Principium bacchius erit, concludet iambus.

De metris qui ex pedibus componũtur. Cap. VIII.

METrum, est pedum iunctura, numero modoq; finita. Denominantur autẽ ab autoribus: vt alcaicũ, archilochiũ, hipponacticũ, Sapphicũ, alcmaniũ, simonidcũ: aut à materia. vt heroicũ, elegiacũ, lyricũ, tragicũ, comicũ. Aut à pede frequentiori: vt iambicũ, trochaicũ, spondaicũ, dactilicũ, anapesticũ. Aut à numero pedũ: vt hexametrũ, pentametrũ, tetrametrũ. Aut à numero syllabarũ vt tetrasyllabum, pentasyllabum, heptasyllabum, octosyllabum, duodecasyllabum.

Pręterea aut deficit vna syllaba, & dicitur catalecticũ: aut deficit duabus syllabis, & dicitur brachycatalecticũ: aut abundat vna syllaba vel pluribus, & dicitur hypercata-

lecticum siue hypermetrũ, aut neq; abundat, neq; deficit, & dicitur acatalecticum. Qualia sunt omnia carmina regularia.

Constat præterea carmen vnico genere versus, & dicitur monocolon, vt Aeneis Vergilij, Metamorphosis Ouidij, Pharsalia Lucani. Aut constat duplici genere versus, appellaturq; dicolon: vt Ouid. opera præter Metamorphosim. Tibulli quoq; & Propertij elegię, & carmina sapphica mixta adonicis, & asclepiadea mixta glyconicis. Aut constat triplici genere carminis, appellaturq; tricolon, vt quędam odæ Horatij Poëtæ. Pręterea carmen aut est distrophon (hoc est cum tertius versus primo similis est, & quartus secundo) vt in carmine elegiaco, quod ex distichis constat.

Tristrophon carmen est, cum quartus versus similis est primo; quintus secundo, sextus tertio, vt apud Prudentium in præfatione cathemerinon.

Tetrastrophon carmen est, cum quintus versus primo, secũdo sextus, tertio septimus, quarto octauus similes sunt. vt in carmine sapphico, quod per tetrasticha, id est per quaternos versus, digeritur.

Hexametrum carmen (quod etiam Heroicum appellatur) constat dactylo & spondeo indifferenter, nisi quod in quinta regione frequẽtior est dactilus, in sexta vero spõdeus. In quo genere carminum scribuntur gesta heroũ, clarissimorumq; virorum. Debetq; habere saltem vnam ex tribus cæsuris: hoc est penthemimerim, id est semiquinariam, hepthemimerim. i. semiseptenariam; hemipenthemimerim. i. semiquinariæ dimidiã, vt in hoc versu: Arma virũq; cano Troiæ, qui primus ab oris. Arma virũ, hemipenthemimeris est. Arma virumq; cano, penthemimeris est. Arma virũq; cano Troię, hepthemimeris est, q, si nulla harum trium cæsurarum interuenit, versus erit retorridus.

Ptametrũ elegiacũ, constat primis duobus pedibus versus

heroici(hoc eſt dactylo, vel ſpondeo indifferenter & cę ſura) tum duobus dactylis atque iterum, cęſura vel potius ſyllaba terminante verſum: vt Nil mihi reſcribas attamen ipſe veni. Eſt autem cæſura ſyllaba terminans dictionem in medio carminis quę cum poſt duos pedes carminis heroici venit, penthemimeris heroica dicitur. Iambica vero dicitur cum alteruter ex illis pedibus eſt iambus, vt apud Horatium in primo carminum: O matre pulchra filia pulchrior, vbi poſt ſpondeum & iambum ſequitur cęſura.

Phaleucium carmen, conſtat ſpondeo dactylo, & tribus trochæis vt Paſſer delitium meę puellę.

Sapphicum conſtat trochęo ſpondeo, dactylo, & duobus trochęis: vt Nocte ſurgentes vigilemus omnes.

Adonicum conſtat dactylo & ſpondeo, vt Dulciter hymnos.

Aſclepiadeum conſtat ſpondeo & duobus choriambis, & pyrrhichio: vt Sanctorum meritis inclyta gaudia.

Glyconicum conſtat ſpondeo & duobus dactylis vt Hymnographus. Victorum genus optimum.

Pherecratium conſtat ſpondeo, dactylo atque iterum ſpondeo vt Horat. Grato Pyrrha ſub antro.

Phaliſcum conſtat vltimis quatuor pedibus verſus heroici, vt idem: Aut Epheſum bimariſue Corinthi.

Alcaicum conſtat ſpondeo iambo cęſura & duobus dactyli: vt Horatius: O matre pulchra filia pulchrior.

Alcaicum alterum conſtat ex hippio ſecundo ſiue epitrito duobus choriambis & bacchio vt idem Hora. Te Deos oro Sybarim cur properas amando perdere?

Anacreontium conſtat choriãbo & bacchio: vt Lydia dic, per omnes. & ſequitur te deos oro Sybarim &c.

Sapphicum alterum hexdecaſyllabum conſtat ſpondeo tribus choriambis & pyrrhichio vt Horatius: Nullam Va re ſacra vite prius ſeueris arborem.

Archilochium conſtat parte verſus heroici quę vocatur Bucolice, hoc eſt primis duobus pedibus dactylo & ſpon-

deo: deinde dactylo, quo bucolice clauditur: postea vero tribus trochæis: vt Soluitur acris hyems grata vice veris & fauoni.

Dimetrum iambicum constat spondeo vel iābo indifferenter in primo & tertio loco, & iambo necessario in secundo & quarto loco: vt Iam lucis orto sydere, deum precemur supplices.

Dimetrum iambicum catalecticum deficit vna syllaba a superiori, vt Prudentius in hymno ante somnum: Ades pater supreme.

Trimetrum iambicum archilochium, constat spondeo vel iambo indifferenter in locis imparibus, hoc est primo tertio & quinto loco, & iambo necessario in locis paribus, vt Mart. Vir Celtiberis non tacende gentibus, Videbis altam Liciane Bilbilim.

Trimetrum iambicum hipponacticum, quod & scazon & choliambon & golliambon dicitur, eadem lege currit, qua & archilochium, nisi quod vltimi duo pedes permutantur, iambus pro spondeo, & spondeus pro iambo, vt Persius: Nec fonte labra prolui caballino.

Tetrametrum iambicum archilochium, constat spondeo vel iambo indifferenter in locis imparibus: in locis vero paribus iābo, qualia sunt multa apud Plautum & Terētiū.

Dimetrū anapæsticum pindaricū, constat quatuor pedibus qui plærunque sunt anapæsti, recipit tamē & alios pedes, vt Seneca: Turbine magno spes sollicitæ.

Tetrametrum trochaicum archilochium catalecticum, constat octo pedibus minus vna syllaba, vnde & catalecticū appellatur, habetq; in locis imparibus trochæum, in locis vero paribus trochæum vel spondeum indifferenter, vt Scande cœli templa Virgo digna tanto fœdere. Lustra sex qui iam peracta tempus implēs corporis. quod si dixeris, tempus implens corporale, erit catalecticum.

Alcmanium dactylicum trimetrum hypercatalecticum, cōstat tribus dactilis & semipede, vt Prudentius in hymno

ante cibum. O crucifer bonæ lucis sator.

Partheniacum anapæsticum dimetrum catalecticum, cōstat tribus pedibus & syllaba, recepitq; in primis duobus locis anapęstum, & spōdeum indifferenter, in tertio semper anapæstum, vt Prudent. in exequiis defunctorum: Deus ignee fons animarum.

Euripidium dimetrum catalecticum, constat tribus pedibus & syllaba, qui omnes plærunq; sunt trochei, vt Prudentius in operis sui coronide, Dona conscientiæ.

DE Accentu. Ca. ix. Hucusque disputatum est de quantitate syllabarum (hoc est de illarum longitudine & breuitate) nunc restat, vt de syllabę cuiusque altitudine & profunditate, hoc est de accentu, disseratur. Imprimis igitur aliquid de nomine dicit, scilicet quod accentus est, deinde quid est accentus: postea diuidit accentum in tres species. Exinde ponit regulas ad dignoscendos cuiusque dictionis accentus.

¶ De Accentu. Cap. IX.

Accentus nobis, dicta est prosodia Græcis,
Atq; tonus, quem Romani dixere tenorem
Accentus lex est, qua tendit syllaba sursum,
Vel qua deprimitur, vel qua signatur vtrumq;.

ACcentus nobis. Illa pars grammaticæ quę à nobis dicitur accentus vel tenor, à Græcis dicitur Prosodia siue Tonus: vnde Latini appellauerunt illum Tenorem, autore Quint. lib. 1. Ab Au. Gel. atq; alijs autoribus tum Voculatio, tum Nota vocis, tum Moderamentum nuncupatur.

✣ Accentus lex est. Ponit accentus diffinitionem ab antiquis autoribus traditam, dicit q accentus est certa lex vel regula ad eleuandam vel deprimendam, aut eleuandam deprimendamq; simul cuiusque particulæ orationis syllabam

Primus acutus erit, quo ſyllaba ſurgit in altum.
Rurſus & ille grauis, quo ſyllaba preſſa deorſum.
Eſt circumflexus, quo ſurgit, depri mitur q́ꝫ.
Sed circumflexus & acutus dicitur eſſe.
Verborum accentus: grauis eſt, quo ſyllaba conſtat.

accommodata: ad eleuandam (inquam) cum acuitur, hoc eſt ſurſum impellitur, ad deprimendam, cum grauatur fer= turq́ꝫ deorſum: ad eleuandam deprimendamq́ꝫ ſimul, cum ſyllaba circũflectitur, hoc eſt eleuatur ſimul & deprimitur, ſed ſimul intelligo eadem ſyllaba non in eodẽ inſtãti. ideo dicit, vel qua ſignatur vtrunque.i. eleuatur & deprimitur: nam cum accentus circũflexus ſemper collocetur in ſyllaba longa: quæ, vt diximus duo tempora conſumit in prolatio= ne, in priori tempore eleuatur, in poſteriori, deprimi= tur.

☞Primus acutus. Ex diffinitione ſuperius tradita colligit tres accentus. Acutus eſt, quo ſurgit in altum, id eſt acuitur. Et quod Grauis accentus eſt, quo ſyllaba eſt preſſa deor= ſum, id eſt deprimitur. Et quod Circumflexus eſt, quo ſylla= ba ſurgit & deprimitur, id eſt partim acuitur, partim gra= uatur. Alexander dicit hunc accentum ab vſu receſsiſſe: & inducit alium Græcis atque Latinis inauditum. Itaq́ꝫ autori= tate ſua tollit, quod eſt atque eſſe debet, inducitq́ꝫ quod non eſt neq́ꝫ eſſe poteſt: moderatum ipſum nouo nomine appel= lat, & à ſe primum excogitato.

¶ Sed circumflexus. Dicit quod accentus acutus & circum= flexus dicuntur accentus dictionum. Grauis vero accentus ſyllabicus, ac ſi dicat, quod illi accentus dicũtur proprij, hic vero improprius.

Quæ monoſyllaba ſit natura dictio longa,
Circumflectetur: Si non profertur acutê.
Syllaba ſi duplex fuerit, ſuſpende priorem,
Quæ ſi natura longa eſt, curtaq́ꝫ ſequatur,
Circumflectenda prior eſt, reprimesq́ꝫ ſecundam.
Si polyſyllaba ſit vox, atq; penultima longa
Natura, ſequiturq́ꝫ breuis, tunc flecte priorem.
Si fuerit longa prior, & tunc longa ſequatur,
Eſt acuenda prior: quæ ſi breuis eſt, acuetur
Antepenultima. Sed non ſemper regula ſeruit.

✠ Quæ monoſyllaba; Incipit tradere regulas de accentu: & eſt prima regula de accentu dictionum monoſyllabarum, quod dictio vnius ſyllabæ, ſi eſt natura longa, circumflectitur: vt mos, ros. Et ſubdit, quod ſi non, ſubaudi, eſt natura longa, ſed aut breuis, aut longa poſitione, acuitur, vt ſal, gens.

✠ Syllaba ſi duplex. Secunda regula eſt. Quòd ſi dictio ſit duarũ ſyllabarũ, & fuerit vtraque breuis, aut vtra que lõga, aut prima breuis, & altera longa, prior illa acuitur, vt Deus, muſæ, Dei. Quod ſi prior fuerit longa natura, & ſequatur breuis, eſt prior circumflectenda, vt muſa in nominatiuo & vocatiuo.

✠ Suſpende priorem, id eſt acue penultimam. Reprimes. i. grauabis ſecundam.

¶ Si polyſyllaba. Tertia regula eſt. Quod ſi dictio eſt triũ, aut plurium ſyllabarum, conſiderandæ ſunt duæ vltimæ: & ſi vtraqꝫ fuerit longa, prior acuetur: vt Romanos. Si prima lõga & altera breuis, prior circunflectetur: vt Romanꝰ. Si vtraqꝫ breuis aut prima breuis & altera longa, transfertur in antepenultimã, vt animus animi. Et ſubdit, ꝙ hæ regulæ nõ vſquequaqꝫ ſunt veræ, nã aliquãdo patiũtur exceptionẽ.

Imprimis fallit, vt sit distinctio vocum,
Vt putà, ponè, palàm, porrò, ergoq́ue, vnà, aliasq́ue:
Quæ circunflectit, sed & illa in fine acuuntur.
Dictio præterea si sit conscissa, manebit.

☞ Imprimis fallit. Dicit quòd regulæ superiores fallunt, primò distinctione (hoc est, differentię causa) ponitq́ue aliqua exempla, in quibus autores differentiæ causa mutauerũt accentus: vtputà, pro sicut, ne putetur secunda persona Imperatiui modi huius verbi puto putas acuit vltimã. Ponè quoq́ue ne putetur secunda persona eiusdem modi ab hoc verbo pono, etiam eandem acuit. Palâm præterea, ne putetur accusatiuus ab hoc nomine pala palę instrumẽto rustico. Porrò, ne putetur datiuus aut ablatiuus ab eo quod est porrum porri, olus notum. Ergò, pro causa, ne putetur esse coniunctio illatiua, vt apud Vergilium sexto Aeneidos: Illius ergo venimus. quam Probus circunflectit. Vnà, pro simul, ne putetur esse vocatiuus generis fœminini ab Vnus vna vnũ. Aliàs, pro alio loco & tempore: ne putetur esse accusatiuus pluralis ab alius alia aliud: quod Priscianus dicit vltimam circunflectere, cùm superiora illa in fine acuantur. In alijs vero particulis, in quibus Autores non assignauerunt hanc accentus differentiam, nec nos assignare debemus.

☞ Dictio præterea. Secundo fallunt regulæ superiores abscisione, hoc est cùm à fine dictionis syllabã abijcimus, manet q́ue accentus in eadem syllaba, in qua erat ante absciŝionẽ, vt in nominibus proprijs secundæ declinationis terminatis in ius, quæ abiecta us, in vocatiuo acuunt penultimam, quanquam eadem sit breuis, vt Vergilius ô Vergili. Ouidius o Ouidi. Volusius o Volusi. Quanquam P. Nigidius, referente Aulo Gellio li. ij. noct. At. vir sui sæculi omnium eruditissimus, putauerit in vocandi casu huius nominis Valerius primam accentu acuto esse proferendam. quod quãquam non defuerint qui irriderent, quis non malit cum Nigidio Figu

Integer accentus in eadem sede locoq́.
Cùm coniunctiuæ voces & præpositiuæ,
Dißimulentq́ tonos semper, semperq́ grauentur:
Si postponantur, retinebit finis acutum.
Attrahit accentum vox attractiua prioris.
Particulæ, finalem acuendo: quattuor hæc sunt,
Cum, q́, ne, ue. sed cum. si sit pronomine iunctum.

lo errare, quam cum omnibus grammaticis verum dicere. Eadem præterea ratio manet in illis nominibus & pronominibus, quæ antiquiores terminabant in atis & ate: vt Arpinatis arpinate, Casinatis casinate. Nostratis nostrate. Vestratis vestrate. pro quibus posteritas fecit Arpinas, Casinas, nostras, vestras, accentu in vltima circũflexo, quemadmodum ante erat. ☙ Cum coniunctiuæ. Tertio deficiunt regulæ superiores in coniunctionibus & præpositionibus in quibus accentus dissimulatur & supprimitur: nam quia partes orationis erant, debuerunt accentum per se habere: quia tamen altera non tam pars orationis erat quam vinculum partium orationis, altera quasi articulus vel pro articulis nominis, iusta quadam ratione illarum accentus particulis subsequentibus incumbit, cum illisq́ coalescit. Quod si postponantur, cum illarum natura sit, vt semper præponi debeant, habent accentum in fine acutũ: vt si dixeris homo currit, mouetur igitur, & quod Verg. dixit in. 1. Aen. Errabant acti fatis maria oĩa circũ. ¶ Attrahit accẽtũ. Quarto, q̃ dictiones attractiuç, quas Græci vocãt encliticas, hoc est inclinatiuas, attrahũt ad se accentũ syllabæ pręcedentis dictionis, eandemq́ acuunt vel potius circunflectunt. Sunt autem particulæ inclinatiuæ quatuor, Cûm, que, ne, ve. Sed, q́, ne, ve, coniunctiones sunt: cum vero præpositio, quæ contra naturam suam postposita attrahit ad se accentum, in quinq́ tantum ablatiuis pronominum mecum, tecum, secum, nobiscum, vobiscum

De q;,ne,ve,exempla sunt in promptu. Verg. 1. Aeneidos. O qui res hominũq; deorumq;. Idem eodem: Hominesne feræ ne. Idem in. 2. Aenei. dolopumve exercitus omnis, atq; ibidem: subiectisve vrere flammis.

Finales acuit percunctans te q; ,rogansq;.
Hebrææ voces plerunq; in fine acuuntur.
Non tamen & semper, quia sæpe in fine grauantur
Id quod Alexander deceptus fortè putauit.

Finales acuit. Quinto deficiunt regulæ superiores interrogatione: nam cum nulla dicto Latina in fine accentũ habeat, nisi sit corrupta, vltimę tamen syllabę clausularum suspenduntur, eleuanturq; in accentum acutum. Sed interrogationis species duę sunt, altera quę dicitur percunctatio, altera quę nomine generis dicitur interrogatio: nam, vt inquit Aug. in. iiij. li. de doctrina Christiana, inter percunctationem & interrogationem hoc interest, quòd ad percunctationem multa responderi possunt: ad interrogationem non potest responderi, nisi, aut non, aut etiam. vt si dixeris, Quis nouus hic nostris succeßit sedibus hospes? post percunctationem multa potuerunt responderi. at cum dixit, Aut quid in euersa vidi crudelius vrbe? vnum tantum potuit responderi, hoc est, nihil.

Hebręę voces. Sexto deficiunt regulę superiores idiomate: hoc est, cum dictiones peregrinæ cum sua literatura in sermonem Latinum transferuntur. peregrinas autem hoc loco intelligimus Hebraicas & Gręcas, itaq; de Hebraicis tradit primam regulam, Quod plerumq;, hoc est pro maiori parte, acuunt vltimam, non tamen semper. Id quod Alexander a Villa dei putauit. Quoniam complures acuunt penultimã, & nonnullæ in tertia a fine acuuntur. Nã, quemadmodum in repetitione illa, quam fecimus nuper, pluribus est a nobis disputatum, dictiones Hebraicę, quę in veteri ac nouo te

stamento continentur, nam de alijs in præsentiarum non curamus, nõ excedũt numerũ quinq; milium, ex quibus quadringentæ aut non multo plures acuunt penultimam: tertiã vero à fine multo pauciores, sexaginta opinor, aut, vt multum, octoginta, quas licebit videas in suo loco. Sed quod de dictionibus Hebraicis diximus, intelligendũ est de illis, quæ non declinantur Græca aut latina inflexione. Nam si Græcè declinantur, accentum quoq; Græcum habebunt: si Latine, accentum Latinum: vt ecce Abias si non declinetur, accentum habet in fine: si declinetur Græce Abias, abiæ, accẽtum habet in penultima, quia vltima est longa: si Latine, Abias, abiæ, accentum habet in antepenultima, quia penultima est breuis: sed de hoc in memorata repetitione plura.

Si casus Græcos vsurpet sermo Latinus,
Accentu Græco talis vox est referenda.
Græca sit at si vox, sed declinata Latinè,
Accentus noster casus moderabitur illos,

Si casus. Subiũgit alteram partem de dictionibus Grecis. Dicitq; quod si ex declinatione Græca Latini aliquos casus vsurpauerint, necessariò accentu Græco sunt proferẽdi. Hec regula ab omnibus in cõmune doctis pariter & indoctis recepta est, nondum tamen ab aliquo, quod ego sciam, elucubrata: nos tamẽ in præfata repetitione pro virili nostra hãc partem enucleauimus, hoc in loco tantum admonuisse lectorem duximus esse satis. Deinde subdit, quod si dictio Greca declinatione Latina inflectatur, accentu quoq; Latino est proferenda. Esto exempli causa, lampas in recto casu Greca est simul & Latina: sed a Grecis in fine, a Latinis in penultima acuitur: in genitiuo lampadis, Latine accentu in antepenultima, lampados Grece in penultima profertur. In datiuo quoq; lampadi vltima longa, accentu in antepenultima profertur a Latinis: sed lampadi vltima breui accentu in penultima profertur a Græcis. In accusatiuo prætereà lam-

padem & lampada, sed lampadā Latinè, lampada Græcè, vtrique suo accentu proferunt. Vocatiuus similiter vt nominatiuus. Ablatiuus quia mere Latinus est, accentu Latino tantū profertur. In plurali nominatiuo lampades à Græcis, es correp. terminatur, atque proinde ab illis accentu in penulti. profertur, Latini tamen eandem producunt, quare suo accentu (hoc est in antepe. acuto) enunciabunt. In accusatiuo plurali lampades, quia casus mere Latinus est, accentu Latino profertur: lampadas vero quia Græcus, Græcum quoque accentum habebit, hoc est in penultima. Sed de his ad sufficientiam in repetitione identidem repetita disseruimus.

DIFFERENTIAE EXCERPTAE ex Laurentio Valla ab Antonio Nebrissensi.

De litera A.

ABstinentia, est à rebus alienis cohibitio.
Continentia, est tantum a proprijs voluptatibus.
Abdico filium. i. viuens a bonis expello.
Exhæredo filium. i. testamento a bonis prohibeo.
Acus est qua sarcinatores vestes sarciunt.
Acicula vero, qua mulieres vtuntur ad ornatum.
Abhorreo ab omni humanitate. i. alienus sum.
Exhorreo inimicos. i. illos pertimesco.
Accessus est aditio, siue appropinquatio.
Accessio, est adiectio siue incrementum.
Actio causarum rectè dicitur, & non actus.
Actus comœdiarum recte dicitur, & non actio.
Acta & actus sunt rerum priuatarum & familiarium.
Gesta sunt rerum publicarum & magistratuum.
Actor, est causidicus, & alicuius rei repræsentator.
Autor est (vt ita loquar) alicuius rei factor.
Acini, sunt grana in vnum racemum coëuntia.
Baccæ vero, cum sint parua poma, dispersius nascuntur.

Aceruus est minutarum rerum congeries: vt salis.
Strues est proprie lignorum compositorum.
Strages est cadauerum iacentium multitudo.
Sarcina est vtensilium quæ ad cultum pertinent.
Accola est qui iuxta locum habitat vt Accola Ponti.
Incola est, qui in loco habitat: vt Incola montis.
Inquilinus est qui in aliena domo vel agro habitat.
Accusare est ostendere aliquem peccauisse.
Incusare vero, est mores alicuius reprehendere.
Excusare excusationem accusanti facere.
Adeo pro intantum: sequenti particula, vt
Adeo. pro valde: non sequenti particula vt
Aduocatus est, qui alteri adest, vtcunque illi faueat.
Patronus est qui agit causam maxime accusati.
Cliens vero est cuius causa a patrono defenditur.
Adorare fit etiam sine verbis cum genuum plicatione.
Supplicare, fit sine genuum plicatione, sola voce.
Addicere est in auctione aliquid vendere.
Liceri & Licitari, est precium in auctione facere.
Adsum. i. præsens vel prope sum.
Adsum tibi. i. studeo, & patrocinor tibi.
Aduersor tibi i. contrarius tibi sum.
Aduersor te. i. vultum auerto a te quem detestor.
Aduerto oculos. i. aliquo oculos conuerto.
Auerto oculos. i. alicunde oculos conuerto.
Admoueo manum vulneri. i. appono & applico.
Amoueo manum a vulnere, id est remoueo.
Ad votum mihi euenit. i. vt ego optabam.
Ex sententia mihi euenit. i. vt ego intelligebam.
Adulterium est quod in nuptam committitur.
Stuprum est coitus contra legem violentus. (tur cuius.
Aedes in singulari & in plurali est tẽplum & semper addi-
Aedes in plurali domum prophanam significat.
Aestimare, est taxare: quod dicitur appreciare.
Existimare, est considerare. Extimare, iudicare.

Aequalis, est æquus & coætaneus.
Aequabilis, est æqualis in priori significatione.
Aedilis, qui ædilitatem administrat.
Aedilitius vero, qui ædilitate perfunctus est.
Affectus, siue Affectio, est in animo, quod mens non est.
Mens vero siue ratio, in animo est, quod affectus non est.
Afficio te iniuria, id est, facio tibi iniuriam.
Afficio te beneficio, id est facio tibi beneficium.
Agitur mecum præclarè, id est, bona conditione sum.
Agitur mecum malè, id est, malo statu sum.
Actum est, semper in malam partem accipitur.
Agere gratias, est verbis gratitudinem ostendere.
Habere gratiam vel gratias, est in animo.
Referre gratiam, est re ipsa beneficium dissoluere.
Aguntur animalia a sessoribus & instigatoribus.
Ducuntur illa, quæ sponte ducem sequuntur.
Trahuntur, quæ per vim, & raptando portantur.
Portare, est ferre, & suo corpore baiulare.
Vehi, est equo, naui aut curru, & similibus.
Agere, præter alias significationes, est rerum immanentiũ.
Facere, est rerum in materiam exteriorem exeuntium.
Agè aduerbium, cum singulari iungitur.
Agite, cum plurali. Agedum, cum singulari & plurali.
Ager, modo est territorium vrbi circuniectum.
Ager etiam est locus quem ruri colimus.
Aruum est, quod frumento seritur ab arando.
Fundus, est agri pars, vt vinea, oliuetum, pratum.
Prædium, est possessio rustica, siue vrbana.
Campus, est planicies angustior in agro vel in vrbe.
Area, est planicies angustior in agro vel in vrbe.
Aliquantisper & paulisper, ad breue tempus pertinent:
Tantisper pro intantũ, postulat adiungi dum, pro donec
Alter, de duobus dicitur, aut de secundo loco.
Alius, de pluribus dicitur: & quandoque pro diuersis.
Albani, ex oppido Alba in Latio dicuntur.

Albenses, ex oppido Alba ad Fuscinum lacum.
Alumnus, non qui alit, sed tantum qui alitur.
Ambitio, in animo est eius, qui cupit honores.
Ambitus, in actu eius qui pecunijs honorem habuit.
Amor, ad omnes res pertinet: vt amor vini & vxoris.
Charitas, ad homines tantum pertinet.
Caritas, est penuria, quam indocti caristiam dicunt.
Amare, est cum affectu, & vehementissimè.
Diligere, est cum ratione & remissius.
Adamare, est amatoriè aliquid amare.
Amicus, honesta res est: vnde & amicitia dicitur.
Amica, si ad virum referatur, inhonesta res est.
Amator, qui modo amatorio amat.
An particula, coniunctio est, per quam interrogamus.
Aut, coniunctio quoq; est, sed per eam nõ interrogamus.
Annuum tempus est, quod per anni spacium durat.
Annuum festum est, quod semel in anno contigit.
Antehac legi. i. ante hoc tempus legi.
Posthac legam. i. post hoc tempus legam.
Antiqui, dicuntur & senes, & veteres.
Senes dicuntur, quantum ad ipsorum vitam priuatam.
Veteres dicuntur, quod alia ætate vixerunt.
Appeto, cum affectu qualiacunque illa sint.
Expeto, tantum honesta, vt virtutes.
Præparare, ad pompam tantum pertinet.
Præparare vero, est aliquid ante parare.
Apparere alicui, est illi ministerium exhibere.
Apud me est liber, personam & locum significat.
Penes me est liber, personam & dominium.
Argutus est, qui est acuta quadam solertia.
Argutus, est sonorus. Argutus quoque breuis.
Armiger est, qui domino arma in prælio ministrat.
Armatus, qui armis ad pugnam instructus est.
Arcere, est prohibere, ac vetare: vnde Arx dicitur.
Abigere, est à loco fugare. Vnde abactores & abigei.

Assurgere alicui, est in honorem illius surgere.
Surgere, est quocunque modo se erigere.
Assentari, est falso laudare vtilitatis gratia.
Adulari verò, est inseruire, vt honorem mereamur.
Blandiri, quanquàm est tactus, ad animum transfertur.
Asciscere, est remotum aliquid capere.
Consciscere, fere semper mortem desiderat.
Desciscere, est ab imperio alterius se subtrahere.
Asserere, est affirmare, & in libertatem vindicare.
Asseuerare, est vim atque animi motum addere.
Autem coniunctio, postponitur huic negationi, non.
Vero postponitur his, neque, tum, sane, iam, enim, at.
Ausculto te, dicimus, sicut & audio te.
Ausculto tibi, est obtempero tibi.
Audiens sum te, tantum valet, quantum Audio te.
Audiens sum tibi, non audio tibi. i. obediens sum.
Auis est, quæ parit oua, pennisque prædita est.
Volucris est, quæcunque volat, vt apis, culex.

De litera B.

BArba (vt inquit Seruius) hominum est.
Barbæ vero in numero plurali, quadrupedum.
Mentum vero, est ipsa barba, pilorumque sedes.
Benefactor est, qui cuipiam benefacit.
Beneficiarius, in quem beneficium collocatur.
Bene, aliquando capitur pro valde. vt Bene doctus.
Male, aliquando accipitur pro non: vt Male sanus.
Bellum, est totum tempus, quod in militia sumus.
Prælium, ipsum tantum armorum certamen.
Pugna, etiam citra arma fit solis verbis.
Beatus est, qui omnibus rebus ad vitæ vsum abundat.
Felix, qui omnium bonorum compos est.
Bonum, genus est ad vtile, iucundum & honestum.
Bonitas vero idem est, quod benignitas.
Bractea, tenuis est, & sua sponte plicatilis.
Lamina vero crassior, vt ex qua arma fiunt.

Bucca, pars illa est quæ inflatur: vt in cornicine.
Mala, est rotundum illud, quod est supra buccam.
Gena, tum oculorum tegmen, tum malam significat.
Cilium, est ambitus genarum: vnde Supercilium.
De litera C.
CEdo tibi. i. concedo tibi. i. non repugno tibi.
Cædo cecidi te. i. percutio & occido.
Catuli, sunt ferarum, quæ fere ex raptu viuunt.
Pulli vero cicurum: vt asini, & equi, & auis.
Fœtus generalius est: vnde fœtificare & fœtura.
Capitale odium, quod & caput & vitam alterius petit.
Capitale vitium, propter quod peccans punitur.
Capere, est sponte vel non sponte accipere.
Sumere, est vltro & non sponte aliorum capere.
Captare, est velle capere, & insidias parare.
Candet, dicit Marcellus, quod ignitum est.
Candet etiam, quod candidum & album est.
Causari, est causam rei gestæ ferre in accusationem.
Causare nunquam apud idoneos inuenitur pro efficere.
Caupona, est taberna vbi vinum venditur.
Caupona quoq; mulier, quæ vinum vendit.
Calumniari dicit Martianus, est falsa crimina intendere.
Præuaricari dicit Vlpianus, causas aduersarijs dare.
Ceruix in singulari, est posterior colli pars.
Ceruices in plurali, pro superbia ponuntur.
Collum, omnes partes in solidum complectitur.
Iugulus, est anterior colli pars. Vnde iugulare.
Celebris, passiue ponitur: vt Locus & homo celebris.
Frequens actiue & passiue: vt Vrbs & senatus.
Cælebs est qui non duxit vxorem legitimam.
Maritus, est qui vxorem per leges accepit.
Certum est, modo accipitur pro manifestum est.
Certum est, pro deliberatum, iungitur infinitiuo.
Censor est, qui in administratione censuræ est.
Censorius est, qui perfunctus est censura.

Circumstare, pro eo quod est circundare.
Circumsistere, pro eo quod est circumuenire.
Circiter, frequentissimè ad numerum refertur.
Refertur quandoq; ad tempus & ad locum.
Continuò protinus, statim: notum est quid sint.
Quod si additur negatio, valet pro non ideò.
Cõmeatus in singulari, est licẽtia, vt ita dixerim, ad tempus.
Cõmeatus in vtroq; numero est alimẽta publica & priuata.
Commendo te regi. i. committo te.
Commendo te apud regem. i. laudo te.
Commentarius, est in quo res nudæ scribuntur.
Libri sunt in quos autorum opera diuiduntur.
Volumen, est minus quam liber.
Concilio amorem dicimus, sed non gratiam.
Inimus gratiam sed non inimus amorem.
Reconciliari, & In gratiam redire, idem.
Conciliamus nouos amicos, reconciliamus veteres.
Comitari, est minores maioribus comitatum præstare.
Assectari, est comitatum alicui præstare quocunq; modo
Deducere, est aliquem de illius domo comitari.
Reducere, est illum ad illius domum comitari.
Cœnaculum, est pars domus superior ad quoscunq; vsus.
Cœnatio, est locus inferior ad cœnandum.
Comes, est qui alterius ductum sequitur vtcunq;.
Socius, est negotijs, rebus & laboribus.
Sodalis, est in leuioribus, & iocosis & voluntarijs.
Comis, est benignus, & qui alijs inseruit, q festiu⁹ dicitur.
Collis, est monticulus separatus, siue pars montis.
Iugum, est, vt sic dicam, ipsa montis arduitas.
Cliuus, est eadem arduitas, sed clemens.
Promontorium, est mons in mare prominens.
Coxa, est pars supra fœmora, vertebrumq; ipsum.
Fœmora partem cruris exterioris significant.
Femina, partem interiorem, molliorem q; tantum.
Copia in singulari, est facultas; & iungitur do & facio.

Copia quoque est abundantia, vt vini & olei.
Copię in numero plurali, est exercitus.
Condictio, est denunciatio siue actio in personam.
Conditio verò, fortunam dicit & ordinem.
Corpus, in nobis viuentibus est, vnde Corpulentus.
Caro, est cadaueris, quæ & pulpa dicitur.
Consolor & Consolatio, verbis fit in alicuius calamitate.
Solor & Solatium. rebus ipsis fit in alterius egestate.
Solamen, magis est poëticum quàm oratorium.
Corporeum, est existens in materia corporea: vt lapis.
Corporale, est existens ex materia corporea. vt domus.
Complodere, est manus inuicem illisas collidere.
Explodere, est cum sonitu manibus eijcere.
Supplodere, est pedem terrę incutere.
Cordi est mihi ire aliquò. i. placet mihi ire.
In animo est mihi ire aliquò. i. constituo mihi ire.
Compertum & exploratum est mihi. i. scio.
Constitutum & deliberatum est mihi. i. decreui.
Consulo te. i. consilium peto: vnde Consultor.
Consulo tibi. i. consilium do: à quo est Consultus.
Conuenit mihi. i. decens & conueniens est mihi.
Conuenit inter nos. i. controuersia non est inter nos.
Conflaui æs alienum. i. factus sum debitor.
Dissolui æs alienum. i. quod contraxi, solui.
Consternere, ad corpus tantùm pertinet.
Consternari, ad animum, quum mens turbata est.
Consul est, qui in administratione Consulatus est.
Consularis, qui iam perfunctus est Consulatu.
Crimen, modo pro delicto, modo pro criminatione est.
Flagitiũ, proprie est in libidine, quasi flagris dignum.
Crudus est, qui ęgre, difficulterq; concoquit.
Crudus est etiam, qui habet aspectum trucem.
Crudũ etiã est vulnus, quod est recens & sanguinolentũ.
Crudum etiam dicitur non coctum, & immaturum.
Crepitus, est sonitus violentus ex aëris impulsu.

Crepitus etiã est ventris ventus exclusus.i.peditum.
Strepitus fit ex corporum & vocum collisione,
Fremitus,est strepitus vehementior.
Stridor acrior est,& quasi sibilans collisio.
Confero me ad Catonem,non in Catonem.i.eo.
Confero beneficia in Catonem,non ad Catonem i. do.
Cum primũ coniunctio est:vt Cõprimũ veneris,dabo librũ
Quãprimũ aduerbiũ est:pro cito: vt quamprimũ dabo.
Cumani,dicuntur à Cumis oppido Campaniæ.
Comenses,à Como oppido Galliæ Cisalpinæ.
Culpa medici perit,qui moriturus non erat.
Defectu medici perit,cui medicus non affuit.
Cũ præpositio,nunquã iungitur rei notanti instrumentum.
Cũ coniunctio,si refertur ad tũ,rei minori iungitur:
Tum verò rei maiori:vt Cum pecunias,tum vitam.
Tum & tum,inter æqualia:vt tum pecunias,tum libros.
Coloriæ vestes sunt,quæ natiuo sunt colore.
Versicoloriæ, quæ natiuum colorem mutarunt.

De litera D.

DEbellare,est bello vincere,& bello capere.
Expugnare,est pugnando vincere & capere.
Propugnare,est pugnando vincere,& defendere
Impugnare & oppugnare,est impugnando lacessere.
Decus,est honorificentia ex rebus præclare gestis.
Decor,est pulchritudo ex decentia rerũ & personarum.
Desipio & desipisco,est aliquid à sensu deficio.
Resipisco,est ad meliorem mentem redeo.
Descendo de monte.i.de alto ad imum locum.
Descendo in certamen.i.de tuto in periculosum.
Deuenimus in planum.i.in vallem à loco altiori.
Deuenimus in paupertatem.i. à maiori fortuna.
Despicio inferiores me, loco & fortuna.
Suspicio superiores.i. admiror vel aspicio.
Dispicere, est circumspicere,& prouidere.
Deligere,est magis idoneum ad res gerendas secernere.

Eligere verò, est ex multis ad nostram vtilitatem.
Cooptare, est inter collegas & pares eligere.
Declamator est, qui studet apud Rhetorem.
Orator est, qui veras causas in iudicio agit.
Defunctus officio est, qui suo officio est perfunctus.
Defunctus quoque vita, qui vitam finiuit.
Deturbare, est violenter & deorsum deiicere.
Exturbare, est eodem modo & loco deiicere.
Disturbare, est dissipando, diruendoque deiicere.
Deprecor supplicium.i.detestor & execror.
Deprecor veniam.i.precibus veniam precor.
Imprecor, est alicui malũ & infortunium precor.
Decuriones sunt, qui denis equitibus ex nobilioribus prę sũt
Centuriones, qui centum ex inferioribus præsunt.
Depectus (dicit Vlpianus) qui turpiter pactus.
Pactus est, qui quomodocunque pepigit.
Decedere, est ex officio abire: vnde dicitur Decessor.
Succedere, est in officium ire: vnde Successor.
Decedere vita, est officio vitæ excedere.
Depositor est, qui depositum alicuius fidei credit:
Depositarius verò, cui depositum creditur.
Discere, est vt aliquid intelligas, quod ignoras.
Ediscere verò est, quod memoria complectaris.
Dediscere vero est, quod didiceris, obliuisci.
Dicere proprie est Oratorum, & eleganter loqui.
Dictitare, est frequenti loco & tempore dicere.
Dictare, est alio verba excipiente, vt scribat, dicere.
Docere discipulos, notum est quid significet.
Dedocere est, quod alter docuit, falsum ostendere.
Dico sententiam in senatu, quasi Consiliarius.
Fero sententiam in foro, quasi prætor siue iudex.
Dicere leges, est ad eos, qui bello superati sunt.
Fer leges, est ad suos: vnde Legum latores.
Dies pro certo die, generis est masculini.
Dies pro tempore, fœmininũ est, & caret plurali.

Domus quando facit domi in genitiuo, locum significat.
Domus cum facit domus, ædificium & familiam.
Do literas tabellario, ad aliquem perferendas.
Do literas ad amicum vt eas legat.
Dono te corona, est præmij & honoris gratia.
Dono tibi coronam, notum est quid significet.
Do tibi fidem, id est persancte tibi iuro & promitto.
Habeo tibi fidem, hoc est, credo tibi.
Dudum & iamdudum de breui tempore dicitur:
Nuper pridem, & iampridem: de longiori.
Diu, & iamdiu, est per longum tempus.

De litera E.

EPulæ, sunt cibi ministerio hominum comparati.
Epulum, sunt cibi solemniores, & conuiuiũ publicũ.
Edicere, est magistratuũ regũq;. vnde edictũ prætoris.
Indicere, est denunciare, vt Indico bellum hostibus.
Elogium, est testificatio laudis vel infamiæ.
En ntõ & actõ iungitur: vt En Priamus. En capellas.
Apud oratores exprobrando, cũ ntõ: vt En homo.
Ecce, apud Vergilium semper de re improuisa dicitur.
E republica. i pro republica & vtilitate reipublicæ.
E regione domus meæ, pro ex opposito domus.
Ex tempore dixit, pro ex improuiso dixit.
Ergo & igitur, breuioribus adhibentur conclusionibus.
Quare, quapropter, quamobrem: maioribus:
Etsi, quanquàm, in principijs poscunt Indicatiuum:
Quamuis, licet, tametsi, in alijs locis Subiunctiuum.
Euentus, iussus, permissus in singulari quartę declinationis.
Euenta, iussa, permissa, in plurali secundæ declinationis.
Excubiæ, tam diurnæ, quàm nocturnę dicuntur.
Vigiliæ, tantummodo nocturnæ: diuisæ in quatuor.
Exemplum, est quod sequimur, aut vitamus.
Exemplar, ex quo simile aliquid facimus:
Existit, quod eminet, & exurgit cum motu.
Extat, quod eminet & superstat sine motu.

Exprobrare, est immemorem beneficij culpare.
Imputare, est citra reprehensionem id facere.
Esse, pręsens verbi Infinitiui est: Fore, futuri.
Eodem modo differũt adesse, adfore, prodesse, profore.

De litera F.

FAcio te certiorem, non facio certum, neque ago:
Facio rem gratam, rem diuinam, damnũ non ago.
Facies, magis ad corpus pertinet: vt Facies longa.
Vultus, ad animum refertur: vt Vultus tristis.
Factio, est diuisio ciuium in diuersa studia.
Seditio, cum populo discorde res agitur.
Fama Gręce, idem est quod Rumor latine.
Sed rumor est tantũ de re, quæ recens est, & sine autore.
Fama verò, etiã de antiqua dicitur, & de alicuius celebritate.
Fatuus, est insipiens: tractum à sapore ciborum.
Stolidus, qui proxime ad naturam pecudum accedit.
Stultus est, qui improuidens est, & imprudens.
Facile scribit, pro eo q; est leuiter scribit, & non laboriose.
Facile princeps oratorum est. i. non dubie princeps.
Fero auxilium. Do auxilium: recte dicitur vtrunque.
Do opem non dicitur, sed fero opem. vnde opitulor.
Festus dies recte dicitur, & non festiuus: vnde opitulor.
Festiuus homo. i. iucundus, vnde festiuitas.
Ferus homo, qui animum ferinum obtinet.
Ferox homo, qui animosus est ad certandum.
Fessus, est fatigatus, siue animo, siue corpore.
Defessus, & defatigatus, qui amplius fatigari nõ potest.
Ficus, ci, vel cus, pro fructu: & pro arbore generis est fœminini.
Ficus fici, genere masculino, pro morbo accipitur.
Filius, pater, mater, magis ab oratoribus dicitur.
Gnatus, genitor, genitrix: magis sunt poëtarum.
Fingere dicitur, qui formas ducit ex luto: & ditur Plastes.
Effingere, qui ad alterius formam aliquid fingit.
Flere, est lachrymas effundere in dolore.
Gemere, est pre angustia in sonum erumpere.

Plorare, est voce flebili dolorem suum aperire.
Plangere est percussione membrorum se affligere.
Eiulare, est alta voce flere: quod est mulierum: (dere.
Vociferari, est nō modo dolorē, sed indignationē ostē-
Lamentari, est oratione tristi cladem testari.
Felix est qui prosperitatem recipit: vt Homo felix.
Prosperum est, quod fœlicitatem affert: vt Sydus.
Felix, etiam aliquando ab effectu dicitur.
Fœnero tibi dicitur, sicut mutuo tibi, & promitto tibi.
Fœneror abs te, sicut mutuor abs te, & stipulor abs te.
Fœnus, est prouentus ex ipso solo, quod est naturale.
Fœnus, quod est vsura à priori significato defluxit.
Vectigal ex omni prædio est, vel publicū, vel priuatū.
Frux, est quicquid ex terræ fructu in cibum vertimus.
Seges est, ex qua conficitur panis non demessa.
Seges etiam, est terra sementi excipiendæ subacta.
Frondes, sunt tantum arborum.
Folia etiam sunt aliarum rerū: vt florum, herbarum,
Frui est potiri aliqua re propter seipsam.
Fungi, est officium munusq; agere.
Potior cum hoc nomine res, genitiuo plurali iungitur.
Potior, alias cum ablatiuo: & significat obtinere.

De litera G.

GEstus, est actio quædam, & corporis pronunciatio.
Gestio, est administratio quædam & actio.
Gēmæ, sunt lapilli omnes preciosi, præter margaritā.
Margarita est, quæ in concha nascitur.
Vnio verò, est quū magnitudinem solitam excedit.
Gratus, est in aduersis. Iucundus, in prosperis.
Iucundus non est lætus, sed qui lætitiam affert.
Gratulari alicui, est verbo testari se gaudere de illius felici
Gratari idē, nisi q; magis est poëticū quā oratoriū. (tate.
Gratificari, est beneficium minori conferre.
Gratum facere, est maioribus inseruire.
Graue est, quod suapte natura est ponderosum.

Grauem etiam virum per translationem dicimus.
Gremium, est intra complexũ fœminum in fœminis:
Sinus, est intra pectoris brachiorumq́ complexum,
Sinus, etiam est vestis fluxus, & littorum curuitas.

De litera H.

HAbeo rationem salutis.i.habeo respectum.
Constat ratio.i.rationem legitimam esse ostendo.
Habeo orationem dicimus, non facio orationem.
Facio sermonem dicimus, non habeo sermonem.
Hei, semper iungitur datiuo: vt Hei mihi qualis erat.
Heu, accusatiuo, & nonnunquam nominatiuo.
Væ, semper datiuo iungitur: vt Væ tibi causidice.
Histrio est, qui personatus fabulas in scena agit.
Mimus, qui quouis in loco gesticulationes exercet.
Hiare est, aliquid sua sponte, vel externa vi aperire.
Hiscere, est tantum oris, & quidem humani.
Hortus est, vbi sunt holera, quibus vescimur.
Horti sunt arboribus consiti voluptatis gratia.
Hospes est, qui in aliena ciuitate est.
Peregrinus est, qui in propria ciuitate non est.
Hic, ad primã personã, vel ad res primæ personæ pertinet.
Iste, ad secundã personã, vel ad res secundę personæ.
Ille, ad tertiam personam, vel ad res tertiæ personę.
Eodem modo differunt aduerbia ab eis tracta.

De litera I.

IAm, notum est quid significet, vt iam venit.
Vsurpatur quoq́ pro tunc: vt, si sedet, iam non stat.
Interdico tibi aqua & igni: non aquam & ignem.
Interdicitur tibi à me aqua & igni &
Interdicitur tibi à me aqua & ignis.
Incumbo studijs vel in studia, vel ad studia.
Incumbo remis, non in remos, ved ad remos.
Intercedit mihi tecum amor: id est amor est inter nos,
Intercesserunt tribuni, hoc est se opposuerunt.
Instituta sunt, boni mores ratione sumpti.

Institutiones sunt præceptiones, quibus docemur.
Indulgentia, est mollis & delicata educatio.
Venia, etiam quandoque indulgentiam significat.
Infidus est, cui non est fidendum: à Fido fidis.
Perfidus est, qui fidem violat: à Fides fidei.
Infensus est, vehementer iratus, & odium gerens.
Infestus est, vehementer molestus, & nocens.
In diem viuo tantũ.i. diei præsentis rationem habeo.
In dies senesco.i. cotidie magis efficior senex.
Inhibemus rem inceptam: vt Tela inhibete Latini.
Prohibemus ante rem inceptã: vt Hospitio prohibemus.
Inuertere, est rem aliquam in contrarium vertere.
Peruertere, est rem aliquam in malum vertere.
In manu mea est negotium.i. in potestate mea est.
In manibus est liber.i. inter manus meas.
Ingredior forum.i. intro in forum.
Ingredior.i. ambulo: vt Si stas, ingredere,
Interrogamus, causa, aliquid intelligendi,
Percontamur verò gratia argumentandi.
Sciscitamur, vt vox indicat: sciendi gratia.
Introcludo te.i. in interioribus claudo.
Intercludo te.i. iter tuum claudo & impedio.
Incedere, est ambulare cum fastu & pompa.
Ambulare est simpliciter pedibus ingredi.
Impendere est quasi supra caput in ruinam imminere.
Impendere, penultima breui, est quasi dare.
Perpendere est exactè ponderare, & examinare.
Appendere, est suspendere, & ad lancem ponderare,
Inter cœnandum venit.i. dum essem in cœna.
Inter agendum dormio.i. dum sum in actione.
Impono tibi onus.i. iniungo tibi onus.
Impono tibi.i. decipio te. Vnde impostores dicti.
Inficiari & inficias ire.i. negare, sic dicitur: vt
Opem ferre, & suppetias ferre, pro auxiliari.
Indoles, in pueris est signum futuræ virtutis.

Indoles etiam in mallum accipitur, sed rarò.
Iocus, & iocari, proprie ad verba tantum pertinent.
Ludus, & ludere, ad facta. vt Ludere pila.
Iter facere est, quod imperiti dicunt itinerare.
Viam facere est, vbi via non erat, aperire.
Munire viam, est reficere & reparare.
Iter habere, est iter aliquem esse facturum.

De litera L.

LAbare aliquid est ruere, & repente cadere.
Labi verò, est leniter, sensimq; descendere.
Lacesso, prouoco, quod est in certamen vocare.
Plærunq; in bonũ, nonnunquam in malum accipitur.
Latebræ, hominum proprie dicuntur.
Latibula, sunt ferarũ, sed quandoq; confunduntur.
Legere literas, legere libros, notũ est quid significet.
Perlegere literas, est vsq; ad finem legere.
Eodem modo differunt vigilare & peruigilare.
Negare, & pernegare. Agere & peragere, & similia.
Leges, sunt aut principis, aut populi alicuius liberi.
Rogationes dicebantur, quia populus rogabatur.
Leuo & Alleuo, est molestiam laboremq; extenuo.
Subleuo, est auxilium defensionemq; præsto.
Litera in singulari, est vnum elementum. vt a, b.
Literæ in plurali, est epistola quæ mittitur.
Libertus est, qui de seruo liber factus est, semperq; habet relationem ad eũ, cuius est libertus: vt Libertus Cæsaris.
Libertinus idem significat, nisi quod est absolutum.
Libertas, aliquando in bonum, & in malum accipitur.
Licentia verò, est cum quis libertate abutitur.
Libri sunt, in quos autorum opera diuiduntur.
Volumina verò, sunt minora quam libri.
Ludicrum substantiue, est quodcunq; lusoriũ opus: vnde Ludicrus, a, um non (vt dicit Priscianus) ludicre.
Lucus, est silua cędua deo vel homini consecrata.
Saltus, silua vbi pecudes hyemare aut æstiuare solent.

Nemora, voluptatis causa constant arte siue natura.
Silua est, vbicunque sunt arbores cęduæ vel incæduæ.
Lues, est morbus in homines sæuiens, in pecora & agros.
Pestis, est pestilentia, quæ aut cito occidit, aut cito abit.
Lubricus locus est, in quo nequeas insistere.
Lubrica est anguilla, quæ non potest retineri facile.
Lubrica ætas, in qua qui sunt, facile labuntur.
Luce & tenebris, pro die ac nocte accipimus, sed prima luce & primis tenebris, est principio diei, & principio noctis.
Prima die, prima nocte, respectu secundę dicitur.
Reperitur verò luci pro luce, vesperi pro vespere, & ruri pro rure, Carthagini pro Carthagine. Sed Seruius vult hæc nomina vrbium própria debere poni in datiuo.

De litera M.

MAlè de te sentio, existimo, iudico, non errorem sentientis, sed eius de quo sentimus vitium designat.
Male audio est malam famam habeo.i.infamor.
Magni, parui, tanti, quanti in gtō solū iunguntur cum illis verbis, interest & refert, vt magni interest, parui refert.
Cætera in ntō vel aduerbialiter, vt plurimū interest.
Sex ꝓnomina in abltō, mea, tua sua, nostra, vestra, cuia.
Malleolus, est in modū mallei rostra habēs aptꝰ plātationi.
Sarmentum, est arefactum, quod igni reseruatur,
Palmes est, cum in vite frondes, vuasq́; habet.
Marinum est, quod in mari est, vt piscis marinus,
Maritimum est, quod iuxta mare est, vt vrbs maritima.
Transmarinū est, quod trās mare est, vt bellū trāsmarinū.
Meditari, præter eā significationē, quam habet in prōptu: est etiam ad aliquid se exercere, vt ad palæstram.
Memoria teneo, recte dicitur, non memoriter teneo.
Memoriter recito, memoriter renūcio non memoria.
Memoria, & memoriter complector te, repeto, recolo.
Memini, pro recordor, genitiuo & accusatiuo iungitur.
Memini pro mētionē facio, genitiuo & ablatiuo cū de.
Messis, tum ipsa messio est, tum seges iam matura.

Sementis est satio, siue (vt ita dicam) seminatio.
Semen est, quod in terram subactam iacitur.
Seminariũ, est locus vbi plantę ad transplantãdũ seruãt...
Mereri, est mercede operari & in militia exerceri, vnde
Meritoria taberna, quò sine mercede non est aditus.
Meritorius puer, qui mercede prostat libidini.
Meritoria puella non dicitur, sed meretrix, quia merc...
Mereor de te bene.i.beneficium in te confero,
Mereor de te male.i.male in te contuli..
Demereor amicos,i.beneficijs illos obnoxios facio:
Emereor, vnde est Emeritus, à labore cesso.
Ministerium in singulari, est ministri opera.
Ministeria in plurali, pro ministris accipiuntur.
Eodem modo differunt seruitium & seruitia.
Mille in singulari, substantiuũ est: vt Cice. Mille hominum versabatur, & mille nummum expensum.
Millia vero in plurali, ab eo quod est mille.
Mille in plurali adiectiuum est, vt mille viri.
Moratus ille dicitur, qui bonis moribus est præditus.
Morigerat⁹ est, obsequẽs & obediẽs, à verbo morigeror
Morosus, qui est difficilis, & peruersis moribus.
Mollis homo, in vituperationem dicitur.i. effœminatus.
Molle opus, in laudem.i. pulchre fabrefactum.
Moror te, & maneo te, pro expecto te, seu poëtice.
Moror te.i. detineo te, magis oratorium est.
Maneo, pro eo quod futurũ est: vt quis te manet exitus,
Munimenta, sunt munitiones castrorum, vt vallum, fossa:
Monumenta sunt, sepulchra, statuæ, tituli, fossa.
Murus, est ambitus vrbis, aut etiam castrorum:
Paries est, ambitus ille domorum, quo tecta fulciuntur.
Mœnia, & murum significant & vrbis ædificia.
Mulier, ea dicitur quæ corrupta est. Virgo, quæ integra.
Patitur tamen vtrumq; aliquando exceptionem.
Munus, teste Paulo dicitur quod dono mittitur.
Munus, aliò modo est onus. Vnde immunitas dicitur.

Munus præterea, est officium, vt militare munus.

De litera N.

NAtalis, & natale substantiue, est dies natalitius.
Natales verò in plurali, sanguinis cõditionẽ significat
Ne dicã, substantiuo præcedente, vult post se accusatiuũ: vt Cic. Crudelis Castor, ne dicã sceleratum & impiũ. Secus autem sequente substantiuo: vt si dicamus, Crudelis ne dicam sceleratus & impius Castor.
Necatus, generalen habet significationem.
Nectus non dicitur, sine certo genere mortis.
Nedũ, vno modo vtimur, cũ vtrãq; sentẽtiã vno claudimus verbo: vt funderẽ pro te sanguinẽ, nedũ pecuniã. Altero cũ suũ vtriq; sententiæ verbũ damus: vt funderem pro te sanguinem, nedũ pecuniam crederem, scilicet affirmando, quod est maioris momenti preponimus: negando verò contra, quod est maius, postponimus.
Næ cum diphthongo, pro valde vel certe accipitur.
Ne productè accepta pro non. Ne correptè pro an.
Nisi, quoties ponitur in principio, indicatiuum postulat.
Alias vero etiam subiunctiuo iungi potest.
Nihil ad Cæsaris equitatum. i. nihil ad comparationẽ Cæsaris equitatus. Teren. Nihil ad nostram. i. nihil ad cõparationem huius nostræ.
Non me fallit, non me pręterit, non me fugit, non me capit, est non ignoro: teste Quintiliano.
Noualis (inquit Paulus) est terra proscissa, anno cessans.
Ager restibilis (inquit Varro) quod restituitur.
Nunc aduerbium, tempus instans significat.
Nunc, etiam sine temporis significatione vsurpatur.
Cicero: Plura euenirent, si ad quietem integri iremus, nunc vero onusti cibo & vino confusa & conturbata cernimus.
Nutare, est male solidatæ molis ruinam minari.
Titubare, est pedibus non valentis insistere.
Vacillare, est alterno motu inconstantem esse.

Nuncius est, qui nunciat, non quod nunciatur.
Quod enim dicit Seruius, nunciũ esse, quod nunciatur, non est verum.

De litera O.

O Vocatiuo & accusatiuo iungi potest: vt O me miserũ. O te fœlicem. Aliquando supprimitur, sed in re leuiori: vt Hominem indoctum qui hæc ignoret.
Obseruo. i. custodio: à quo verbo est obseruatio.
Obseruo. i. colo & veneror, à quo verbo est obseruãtia.
Obeo legationem. i. exequor munus & officiũ legationis. Sic Obeo mortem, exequor officiũ mortis, & obeo non addendo mortẽ, sicut oppeto mortẽ & oppeto: defunctus vita & defunctus.
Obuio tibi, & obuius tibi fio, & obuiũ me tibi fero: obuius tibi sum.
Obuiam tibi procesi, idem significant.
Obses est, qui traditur imperio alterius quasi pignus.
Vas est, qui est sponsor alicuius in capitis periculo.
Fideiussor est, qui spondet in causis leuioribus.
Otium, est vacatio à labore, cuius contrariũ est negotium.
Otium quoq; pro studio literario accipitur.
Occupare, est locum tenere, & vi capere: & etiam
Occupare, antecapere, quod dicunt præoccupare.
Odor, notum est quid significet in vtroq; numero.
Odores in plurali numero, sunt odoramenta.
Officium, est virtutis actio pro loco & tempore.
Officium, est beneficium & obsequium in amicos.
Officium, est quoq; magistratuum & aliarum rerum.
Officina, est vbi opera fiunt, vnde sunt opifices.
Taberna est, vbi opera venduntur: vnde tabernarij.
Opera, vt dicit Vlpianus, est diurnum officium.
Opus, est finis fructusq; operæ vt Opus est Ouidij.
Operæprecium, est fructuosum & ad rem pertinens.
Orare, est verbis aliquam rem petere.
Exorare, est orando & precibus aliquid impetrare.

Oriundus à Roma.i.cuius maiores fuerunt Romani.
Ortus Romæ.i.qui in vrbe Roma natus est.
Ordo, est digestio, & suo cuiusq; rei loco dispositio.
Series est rerum quædam continua progresſio.
Orphanus est, qui caret patre, præsidioq; paterno.
Pupillus est, qui caret patre: sed tantisper dum est in ætate, cui dari consueuerunt tutores per leges.
Orbus est, qui aliqua re chara priuatus est: vt filijs.

De litera P.

PArasitus est, qui ventris gratia nihil recusat ferre: & omnia loquitur ad voluntatem inuitantis eum.
Scurra est, qui risum ab audientibus captat sine differentia.
Pastio, est ipsa pascendi actio, quæ ad pecudes pertinet.
Pastus, homini cõpetit, & potius ad animum pertinet.
Pabulũ, est cibus pecorum, qui sine semine est: vt Palea.
Esca, & hominũ est, & quod captandis piscibus subditur.
Pasci pecudum est, & construitur cum accusatiuo.
Vesci, hominum est, construiturq; cum ablatiuo.
Partior, idem est quod partes facio & distribuo.
Partio, raro reperitur: sed Impertior frequenter.
Pacificatus sum.i.pacem feci.
Pacatus sum, in pace sum: vel ab armis recesſi.
Placatus sum, ab indignatione ad lenitatem redij.
Parem esse, idem est quod sufficere alicui operi.
Par esse, idem est quod esse conueniens & decens.
Paria facere, est quod alibi omissum est, compensare.
Patres, inquit Paulus, vsq; ad tritauos proprie dici.
Qui super tritauos sunt, maiores debere appellari.
Minores, dicit Seruius nuncupari, quoties deficit nomen in posteris. Sed potius dicendum est, esse maiores qui nos præcesserunt. Minores verò qui sequuntur.
Penu continentur, quæ ad victum priuatum pertinent.
Penarium, est locus (teste Varrone) vbi penu reponitur.
Commeatus dicitur, qui ad victum publicum pertinet.

Pecus, significat omne animal, quod sub homine ex pabulo terræ pascitur: significat etiam multitudinē pecudū.
Pergameni, ab oppido Asię, quod est Pergamus.
Bergomenses, à Bergamo, Galliæ Cisalpinæ oppido.
Per, in compositione, cum nomine positiuo iungitur.
Quàm vero superlatiuo: vt Perdoctus, quàm doctissimus.
Perquàm vero positiuo: vt Perquàm doctus homo.
Quàm pro quantum, semper in positiuo adiungitur.
Per aliquando in malū accipitur: vt Periurus, perfidus.
Aliquando accipitur quasi per mediū: vt Perspicuus.
Præ idem significat, sed cū alijs dictionibus iungitur quam per, vt Pręclarus, prędulcis, prædiues. Nō perclarus, per dulcis, perdiues.
Perinde, vult post se Ac si vel atq;: vt Fac perinde, ac si tua res esset: vel atq; tua res esset.
Proinde, idem est, quod ideo, vel ideoq;.
Subinde accipitur pro inde, statim, vel identidem.
Petere, in bonum & in malum accipitur.
Posco, est proprie rem debitam & honestam peto.
Postulo, est quodammodo requiro: vt Res postulat.
Expostulo est cum querela amici officium desidero.
Flagito, est vehementer, & importune postulo.
Persequor, & in bonam partem & malam accipitur.
Prosequor, ablatiuo iungitur: vt Prosequor te oculis.
Peculium, est quicquid labore nostro comparatur.
Peculatus, est furtum rerum ad rempublicam pertinentium.
Sacrilegium, est furtum rerum sacrarum.
Pellex, est quę cum eo, cui est vxor miscetur.
Palaca, est cōcubina eius, qui non habet vxorem.
Pluit, caret supposito, & construitur cum ablatiuo.
Ningit, tonat, serenat, & similia vtrumq; respuunt.
Plura, possunt esse duo, & est nomen comparatiuum.
Cōplura, duo esse non possunt: & non est comparatiuū.
Pleri que, modò maximā partē significat, modo nōnulli.

Porrò, licet eiusdem significationis sit, cuius vero & autem: hæc semper postponuntur, illud potest etiam præponi.
Pondo, (teste Phoca) singulari numero caret: dicimus tamen duo, tria pondo, non bina, terna pondo.
Potior, cum hoc nomine res in plurali genitiuo iungitur. Cũ alijs vero nominibus, frequẽtius ablatiuo copulatur.
Potus vini, aquæ, lactis, & similium recte dicitur.
Potio, datur ægrotanti, quod Græce Pharmacũ dicitur,
Pompa, est spectaculum in prosperis rebus & aduersis.
Spectaculum verò est, quod spectatur: & ipsa spectatio.
Locus etiam vnde spectamus, spectaculum dicitur.
Proteruus, procax, & petulans aliud alio magis increscit tam in factis quã in dictis, significantq; quandã lasciuiã libidinemq; & impudentiam.
Præsens, non modo dicitur quod est huius temporis, sed alterius: vt Horat. Præsens in tempus omittat.
Præsens quoq; dicitur quod subitum est, & non dilatatum in tempus: vnde Prȩsentissimum periculum, & prȩsentaneum remedium.
Prȩesse, est rei administrandȩ præpositũ esse: ab hoc fit præsens, quod à verbi significatione recessit.
Præsidere, est ad opem prȩstandam præesse, à quo fit Præses, sicut à Desideo, deses: à Resideo, reses.
Præsidium, est prȩcipuum auxilium.
Subsidium, est quod in auxilium succedit.
Præstare, præter eam significationẽ, quã prȩ se fert, significat etiam prohibere, ne alicui fiat incommodum.
Pridie & postridie, genitiuo seruiunt & accusatiuo: vt Pridie nonarũ decembrium, & pridie nonas decembres.
Procul, apud quosdã autores accusatiuo seruit: vt Curtius, Procul vrbem &c.
Prius vocaui te, ad tempus referri debet.
Prior vocaui te, ad personam potius refertur, estq; inter duos: sicut primus inter plura: vt ego prior quam tu veni domum: & ego primus omnium veni.

Eadem ratio est de posterior, posterius & postremus.

Præ me fero, est dicto vel facto, qualem opinionem habeã, quasi ipsa fronte confiteri: in eadem significatione sunt, Præ me duco, Præ me gero.

Prisca sunt, quæ prioribus seculis fuerunt.

Pristina, quæ fuerunt prioribus annis.

Probrum, idem est, quod dedecus & ignominia.

Opprobrium, est aliquando facto, sed frequentius dicto.

Pulsare, est graui & vehementi ictu cædere.

Verberare, est cædere instrumento longo & exili.

Præuaricatores sunt, qui causam aduersarijs donant.

Tergiuersatores, qui in totum ab accusatione desistunt.

De litera Q.

Quando & quandoquidem, idem est quod quoniam.

Quatenus, idem significabat Quintiliani sæculo. Cicero tamen quatenus, pro inquantum vtitur.

Questus in plurali pro querela, a Queror, quereris.

Quæstus, etiam in singulari significat lucrum nummarium, deriuaturq; à verbo Quæro quæris.

Quidem, vno modo accipitur ad distinguendum res, quod Græci nimium faciunt, vt Alius quidem bonus, alius vero non.

Altero modo per exceptionem illius, quod affirmes. vt Quintilianus: Torquebis quidem filium, sed fatebitur mater.

Tertio modo ponitur completiue non sequente eius aduersatiua.

Quin modo pro quinetiam, siue atq; etiam accipitur.

Quin, pro non, desiderat subiunctiuum. vt Quin adeas.

Quin, pro cur non? semper interrogat per indicatiuum.

Quid, substantiuum est, vt Quid negotij est tibi?

Quod, adiectiuum. vt Quod negotium est tibi?

Quisq; cum superlatiuo construitur. vt Optimus quisq;.

Cunctus & omnis positiuo iungitur. vt Cuncti sapientes, omnes docti.

At verò omnis cõparatiuo additur. vt Omnes doctiores.
Quæ vero superlatiuo carent etiam cum quisq; iũguntur.
Quotusquisq;, semper interrogatiuè ponitur.

De litera R.

RHegini, ex oppido Calabriæ Rhegio dicuntur.
Rhegienses ex Rhegio Galliæ Cisalpinæ oppido.
Retulit Pompeius ad senatum. i. in cõsultationẽ posuit.
Refero tibi beneficium. i. cõfiteor me accepisse beneficiũ.
Rixa (vt dicit Vlpianus) potest esse inter duos.
Turba, in multitudine & cœtu hominum tantum.

De litera S.

SAluber cibus. Saluber aër est sanitatem conferens.
Sanus homo, sanum caput: est sanitatem habens.
Satiare, ad omnes sensus pertinet, atq; etiam ad animum.
Saturare, ad vnum gustum pertinet tantum.
Salio, vnde Saltus deducitur, est saltum facere.
Salto, vnde Saltatio fit, est tripudium facere.
Scilicet & videlicet, idem significare videntur, quod Certè: sed per amaritudinem quandam cum derisu mixtam. Recentiores vtuntur expositiue his particulis.
Sciens feci. i. cùm faciebam sciui me facere.
Ignorans feci. i. cum faciebam sciui me ignorare.
Sciẽter feci. Ignorãter feci. i. cũ sciẽtia vel ignorãtia feci.
Secundum particula: notum est quid significet:
Secundum præterea accipitur pro iuxta & post:
Secundum etiam pro eo quod est, pro: vt secundum me iudicatum est. i. pro me sententia est lata.
Senecta & Senectus, vtraq; est similis ætas.
Iuuentus, non modo ætas, sed multitudo iuuenum est.
Sin, pro si nũquàm in prima parte collocatur, sed in secũda, cum præcessit si. Igitur exponendum sin pro sed si.
Sincerus (vt dicit Donatus) est sine cera, vt mel simplex. Sed potius dicendũ est, Syncerus. i. integer & incorruptus, quasi cum cera & nulla parte fraudatum, hoc est diminutum.
Situs (vt dicit Priscianus) est negligentia, sed potius est ser-

desilla & illuuies domus diu non repurgatæ.

Solus & Vnus inter omnia adiectiua, quæ non sunt superlatiua gtõ plurali iunguntur. Vt Sol⁹ omniũ. Vnus cũctorũ.

Stare, est non ire, in ijs quæ sunt sine pedibus. vt Nauis.

Stant quæ recta sunt, quàmdiu nõ cadunt. vt Stat turris.

Stant quædã, si non eunt, cum ire possint. vt equus, homo.

Sedere, in hominibus notum est, quomodo fit.

Sidere est pessum ire, deorsumq; descendere.

Sto, verbum absolutum est. Sisto actiuũ. vt Virgil. Siste gradum. Vtrunq; habet supinum Statum.

Stellæ (inquit Macrobius) sunt singulares vt erraticæ.

Sydera constant multarum compositione. vt Aries.

Astrum, est signum ex stellis coactum, quod nos dicimus sydus, quæ differentia non semper obseruatur.

Super contiguitatem significat vt Sedeo super lapidem.

Supra, spacij interpositionem: vt Nubes pẽdent supra nos.

Suffragia, sunt voces quæ dantur in electione.

Vnde suffragari, pro auxiliari plærunq; inuenitur.

De litera T.

TAntum abest post se habet vt, aut semel. vt Cicero: Tantum abest ab officio, vt nihil officio possit magis esse contrarium. Aut bis. vt Idem. Tantum abest. vt aliquam bonam gratiam quæsisse videar, vt multas etiam simultates subeundas intelligam.

Tanti & quanti, & ab eis composita, Tantidem & quantilibet quanticunq;, totidẽ pluris & minoris, iunguntur verbis emo, venundo, veneo, mercor comparo, æstimo, taxo, liceo, addico, distraho, metior, conduco, loco, fœneror, paciscor, pãgo, cõdẽno, postulo, & similibus verbis.

Tenus, semper postponitur, atq; in singulari cum ablatiuo tantum, in plurali etiam cum genitiuo. vt Vergilius: Crurum tenus a mento palearia pendent.

Thebani a Thebis, quæ est vrbs in Bœotia insignis.

Thebæus, â Thebe vrbe antiquissima in Aegypto.

Timeo te, id est tanquam inimicum metuo te.

Timeo tibi.i.metuo tibi tanquam amico.

Traijcio exercitum.i.trans mare,trans montes,trans flumen duco.

Traijcio mare.i.transeo mare.

Triclinium,a tribus thoris,mẽsis ve triplicibus appellatũ est.

Aula est Græcè,quam Latini atrium appellant.

Tolle,aliquando pro capio dicitur.vt Tolle librum.

Tollo,aliquando pro educo accipi solet: vt Sustuli filiũ.

De litera V.

VAlde,positiuo & verbo iungitur sed non longè,vt Valde doctus,valde legit, non longe doctus, longe legit,nec Valde ditior,valde ditissimus.

Venio in suspitionem,semper accipitur passiue, vt

Veni in obliuionem,veni in vituperationem,etiã passiue.

Veni in opinionem,actiue & passiue solet accipi.

Vector,vnum ex verbalibus in or,passionẽ significat. i. eum qui vehitur,aliquando eum qui vehit.

Venale,significat rem venditioni expositam.

Vendibile,quod cito & facile vendi potest.

Vendico(vt sic dicam)est approprio,& meum esse dico.

Vindico,est vlciscor,aliquando ab iniuria defendo.

Ventitare,est frequenter venire ad locum.

Aduentare,est proximum esse,vt veniat.

Versicoloria dicuntur,quæ natiuum colorem mutant.

Coloria,quę colorem habent natiuum.

Vicus,vrbis est pars:sed vicus paganus muris caret.

Castellum est,quod muris cinctum est vndique.

Oppidum,est omnis vrbs præter Romam.

Victus appellatione, continẽtur homini necessaria ad vitã.

Penus,est omne quo homines vescuntur.

Vltro,citroq́;,ad dicta & facta referuntur.

Vsurpare,est vti. tum dicto,tum facto i. vsum capere.

Vt,pro vtpote,siue quippe,sequenti relatiuo.Quintiliã. Nõ dãno,vt qui dixerim esse in omnibus vtilitatis aliquid.

FINIS.

VOCABVLARIVM

DICTIONES GRAECAE ET LATINAE quæ per Artem sparguntur in ordinem Alphabetarium redactæ.

ABacus,i. por el aparador o tabla para contar.
Abas,antos,nomen propriũ apud poëtas.
Abax,acos, idem est qđ abacus,i.
Abel.filius Adam ex Eua
Abdera,æ.ciudad de Tracia
Abderitanus a,um:cosa de aquella ciudad
Abies,etis: el abeto arbol peregrina
Abydos,i.ciudud de Asia.
Abietos,i.non missus vel iniectus
Abraã.no.p primi patriarchę
abram⁹,i. el mesmo patriarca
abrotonũ,i.yerua lõbriguera
Ab præpositio,retractionem significat
Academia,æ.lugar cerca de Athenas
academ⁹,i.vir vn⁹ex heroib⁹
Acamas, antos. int. irrequiet⁹
Achanthus,i. intero. carduus
achãtis,idos. el sirguerito aue
Acarnã, anis. hõbre de Epiro
Acastos, Peliæ regis Argiuorum filius
Acidalia,ę por la diosa Ven⁹
Accino,is. cantar a otra cosa
accipiter:gauilã.açor o halcõ
Aceo,es,vel acesco, is:azedar se
acer,cris:fuerte, o ingenioso o agro
Acer,eris.por el azre arbol
Acetum,i.por el vinagre
Acharis.intep,sine gratia
Achates æ.no.p. viri & lapidis
Achæmenes, is.vn rey de los Parthos
acherõ.ontos.rio đl infierno
Acinus,i.el grano đl razimo
acis, is.n.p.viri,y rio đ Sicilia
Aconitum,i.el rejalgar
Acras,ados.por el peruetano
Acragas,antos. ciudad de Sicilia
acris,idos.lãgosta o renueuo
acropolis.la fortaleza de ciudad
Acuo is,acui.por aguzar
Acumẽ,inis.por el agudeza
Acus,i.el aguja,paladar,pece
Acus,us.el aguja de hierro
Acus,eris.granzas de trigo
Ad cum accusatiuo locũ & personam significat.
Ad,ꝑ apud aliquãdo ponitur
Adã:nuestro primero padre
adamas,antis. por el diamãte
Adamantinus, a, um:cosa de diamante
Adam⁹,i.idẽ est quod Adam

adeps, ipis. la grossura o seuo
adhibeo, es. añadir a otra cosa
Aden, enis. por la landrezilla
Adigo, is, adegi. por ēpuxar
adyta, rū. el sagrario dl tēplo
Adimo, is, ademi. por quitar
Adipiscor adipisceris. por alcançar
Ademes, etos, inte. indomit⁹
Adonis, idos. amasius Veneris
Ador, oris. farro o escandia
adorea, ę, por la gloria o paz
aducna. estrāgero o strāgera
Adulo, aris. por lisonjear
Aduersus, vel aduersum. por contra
Aeas, antos, vir fuit & fluuius
æacus, i. Iouis ex ægina filius
Aedes, ium. la casa o morada
Aedilis, is. por el fiel o alarife
Aegæō, nis, vn⁹ ex gigātibus
Aegō, onos. nom. p. pastoris
Aegina, ę. insula & fœmina
Aegrot⁹, a, um. cosa enferma
æmō, onis. vir: à quo dicta est æmonia Thessalia.
Aemul⁹, a, um. passiue. lo que se ha embidia
Aenaretes, æ. vir simulator
Aeneas, ę. el hijo de Anchises.
Aeneis, idos. opus Vergilij
Aenigma, atos. interp. scirpus
Aequor, oris. la llanura de la mar o campo
ęrugo, inis. el moho dl cobre
Aes, eris. cobre, metal, o moneda
ęsop⁹, i. vn philosop. antiguo
æstas, tis. el estio parte dl año
æstuo, as, aui. por auer calor
æther, ris. por el cielo o ayre
æthiops, is. el varō de guinea
ęthiopissa, ę. muger d guinea
ætolia, æ. regio est in Epiro
Aetolia, æ. vna region cerca de Albania
Afer a um. cosa de Africa
affligo, is, xi. derribar a tierra
Agalma. atis. interp. statua
Agamēnon. Plistenis ex Euro filius. (nieto de aql
Agamemnonides. el hijo o
agaso, is. el arriero o recuero
Agathos. inter. bonus, a, um.
Agathocles rex fuit Siciliæ
Agea, æ. por la tilla dla naue
Age, agedum, agite aduerbium. para exhortar
Agesila⁹. n. p. viri apud græ.
Agis. Lacędæmoniorum rex
Agya, ę. intepretatur via (sar
Agito, as. aui. aguijar o acossa
aglaophō, pictor nobilis est.
Aglauros vna ex filiabus Cecropis
Aglis, ithos. interp. spica. æ.
Agnosco, is noui. reconocer
Agonalia, orum. fiestas eran de los Romanos

Agrippa,ę. el q̃ nasce d̃ pies.
Ah,interiectio est dolentis
Aiax aiacis. nõbre proprio delos Griegos
Alacer alacris,cre. por cosa alegre
alapa,ę.bofetada.g.colaph⁹
Alaricus. vn principe de los godos
Alcman,nos.poëta fuit Græcus
Alcmęon, onos. Amphiarai filius
Alcimedõ.vir apud Vergiliũ
Albunea,æ.vn bosque cerca de Roma.
Alea,æ. qualquier juego de fortuna
Ales itis, aue, o cosa q̃ buela
Algeo es.vel algesco is por enfriarse
Algus,i. vel algor, oris. el frio
alecto,us.vna d̃las tres furias
Alia,æ.por vn rio de Italia
alibas,atos.vir apud homerũ
alibi aduerb.en otro lugar
allifę arũ.vna ciudad d̃ Italia
Allifan⁹,a,um.cosa de aq̃lla ciudad
Alipes dis.lo q̃ tiene alas en los pies
aliphar atos interp.vnguẽtũ
Allicio,cis.xi, atraer por halagos
Allido dis.herir vna cosa cõ otra
Allobrox gis.pueblos son d̃ Francia
alosa,ę. piscis est, q gr. thrissa
alopex,ecos interp. vulpes
Alumen inis.por el alumbre
Althea æ.Meleagri mater
Alueus,i. el vientre mas baxo
Amarac⁹ i.amoradux yerua
amaracin⁹ a ũ.cosa d̃ sta yerua
Amarus a um:cosa amarga
Amasis,is.vn rey de Egypto
Amathus,untis.ysla del Arçapielago
Amazon,nos,inter. sine mãma
Ambo bę,bo.por dos juntamente
Ambrosi⁹,sij.vn sancto deste nombre
Ambrosia,ę.el Artemesia yerua
Ambulachrũ.lugar para passar
Ambubaia,ę.muger que tañe flauta
Amẽs,entis:por loco sin seso
Amentum.amiento como de dardo
Amethystus,i. amethysto piedra preciosa
Amethystinus,a ũ.cosa desta piedra
Ametor, ros. inter. carẽs matre
Amias,genus est pisciculi
amic⁹.amigo en buena parte
Amicus,a,um.cosa amigable
Amycus i. vn varon deste nõbre
Amydon,onis.ciudad de Macedonia
Amygdalus i.el almẽdro arbol
Amygdalinus,a um. cosa de almendras

Amicio,is,cui.cobrir o veſtir
Aminadab.n.p. apud Hebræ
Amineũ,i.vinũ ex Campania
Amita,ę.hermana de padre
Ammon, os. cognomen eſt Iouis. (Melãpi pater
Amythaõ,nos.Cretheifilius
Amnis,is.rio q̃ ſiempre corre
Amomõ,i. vnguẽto oloroſo
Ammonita,æ. populus palæſtinæ (illo
Ammonitis , dis. fœmina ex
Ampelos,u.interp.vitis (cis
amphiſſa.vna ciudad de Pho
amphitryon,onos.Alcęi fili⁹ Alcmenę vir.
Amphimedon,nos. Penelopes procus (Antiope
Amphiõ,onos,filius Iouis ex
Amphryſus.vn rio đ theſſalia
Ampluſtre.los ornamẽtos de la naue
Amulius,ij.rey đlos Albanos
An coniunctio interrogatiua por auentura.
Anabis is,fluuius eſt Siciliæ
Anadiploſis.int.reduplicatio
Ante.pręp.accuſ.ante o đlãte
Anaglyphum,i. lo ſinzelado
Analectica,orũ. inter.relicta
Analectum,i. el releue del manjar
Analogia,æ.inter.proportio
Anas,æ.por guadiana rio
Anas,atis . por el anade aue.

Anacharſis; ſapiens vnus ex ſeptem
Anatole,es.interp.oriens.
Anax,actos.interp.rex.
Anaxagoras,æ. vn philoſopho notable.
Anceps,itis.coſa dudoſa
Anchiſes,æ. vn Troyano padre de Eneas
Andrias,tos.interp ſtatua viri
Androgeos,u.Minois ex Paſiphae filius (de Perſeo
ãdromeda,medę. muger fue
Ango,is,xi. congoxar o anguſtiar
Anhelo,as,aui. por anhelar
Anio,enis.vn rio de Italia
Anomalon.inter. irregulare
Antes,tium.los liños caberos de las vides
Anthedõ,onos opp. Bœotiæ
Antennæ,arũ. las antenas de la naue.
Antenis,dos.inte.oblučtatio
Anthracia,as,interp.pruna
Anthropos.interp.homo
Anthores,is. vn varon en el Vergilio (tra ponçoña
Antidotũ,doti. remedio cõ
Antichir ros. interp. pollex
Antiæ,arum.el copete delos cabellos (de varon
Antigenes,is.nõbre proprio
Antigonos,u. nomẽ celebre multorum

Antilochus,i. filius Nestoris.
Antioch⁹,i. rey fue de Syria.
Antipho,nis. nom. pro. viri.
Antiphona,æ. interp. vox reciproca.
Antiphora,æ. inter. respõsio.
Antiquarius,ij. amador de antiguedad.
antistes,itis. el perlado o perlada
Antistita,ę. la muger plada
Antisthenes, is. philosopho notable
antyx,gos, est curuatura rotę
Anubis,idos. vn dios dlos Egypcios
Anulus,i. anillo, o eslauon o heuilla
Anus,us. por la vieja
Anxur,uris. ciudad de Italia
Aor aoros. inter. ensis
Apage,gesis. interiectio silendi.
Apatortoros. int. carẽs patre
Apes,is. por la abeja
Apes,edis. el arrexaque o vẽcejo aue.
Aphona,æ. interp. sine voce
apesus,untos. mõs est Nemeę
Apicius,nom. prop. ingenio mirus ad omnem luxum.
Apidan⁹,i. vn rio d Thessalia
Apirinũ i. la grana de çafari
apis,is. el toro dios d egypto
apisaõ,nos, vir apud homerũ
Aplustre,is, los ornamentos dela naue
Apœninus,i. monte de Italia
Apocope. interp. abscissio
Apollo,inis. el dios Apolo
Aponus, i. vn lugar cerca de Padua
Apostolus,i. interp. missus.
Apostrophe. interp. cõuersio
Appello,as,aui. por llamar
appello,is,puli. por arrimar
Apricus,a,um. cosa abrigada
Aprilis is. por el mes de abril
apto,as. por atauiar o aparejar
aptos,otos. interp, nõ cadens
Apotheca,æ. la bodega o tauerna o tienda
Apulia,æ. region de Italia
Apul⁹,a,um cosa de Apulia
aposphax. interp. iugulator
Apud prępositio. cerca de lugar o persona
Aqualiculus. el bajo del viẽtre
aqualis,is. por jarro de agua
aquilex,egis. pozero que busca pozos.
aquor,aris. por yr por agua.
Arabs,arabis. el varon de Arabia.
arabissa,æ. muger de Arabia
arados,i. insula adiacẽs Phœniciæ
Arar,aris. vn rio de Francia
Araris,is. por el mesmo rio

Aratus,i. por vn poëta Griego.
Arbutus,i. madroño arbol
Arcas,adis. varõ de Arcadia.
Arceo,es. apartar y arredrar de si.
Arcesso,is. por llamar
Arctos u. interp. vrsa animal
Archigenes, is. nõ. propriũ de vn medico. (Griego.
Archilochus, i. poeta lyrico
Archytas,æ. vn philosopho Pythagorico.
Areo,es. vel aresco,is. secarse
Aretalogus,i. fingidor de nouelas.
Arete,es. int. virt⁹ generaliter
Arethusa,æ. nympha y fuẽte de Sicilia.
Arges,etos inte. candidus.
Argia,æ. hija d̄l rey Adrasto
Argi, orum. vna ciudad de Grecia.
Argos,i. aq̃lla mesma ciudad
Argiuus,a,um. cosa de aq̃lla ciudad
Argyreos,u. inte. argenteus.
Argiodus,i. habens dentes argenteos.
Argo,us. primera naue de Iason. (til
Argut⁹,a,ũ. cosa aguda y sub
Argutulus,a,um. diminutiuũ
Argutiæ,arum. las agudezas y astucias.
Aricia,æ. vna ciudad d̄ Italia
Ariminũ,i. op, Galliç Cisalpinæ.
Arista,æ. la raspa dela espiga
Aristobulus, i. nomẽ celebre multorum. (Griego
Aristophanes, is. vn poeta
Armenia, æ. region de Asia la mayor.
armiger,i. el paje d̄ las armas
Arpinas. cosa de Arpino ciudad.
Arrabõ,onis. interp. pignus.
Arsen siue arrẽ. inte. masculus
Artemis,idos. inte. Diana.
Arthron,u. inte. articulus.
Artifex icis. hazedor de arte
Arto,as. frequẽtati. ab arcio, is. (cuerpo.
artus artuũ. los miembros del
Aruspex,icis. adeuino por sacrificios.
aruirag⁹,i. rey de Inglaterra
Aruisium. vn cabo de la ysla Chio.
arx arcis. fortaleza o alcaçar.
As, sis. la libra o heredad entera. (nisi in Ouid.
Asbolus,i. nõ. proprium cas
Ascisco, scis. llamar y traer de lexos. (lebre.
Asclepius, pij. vn medico ce
Asephus,i. vn rio de Troya
Asia, æ. la Asia menor o mayor.

Asius a, um. cosa destas dos Asias.
Asis, idis. hembra de alli
Asylũ, i. lugar priuilegiado.
Asil⁹ i. la moscarda o tauano
Asilas, æ. nombre de varon en el Vergilio.
Asine, es. vna ciudad de Achaia.
Asin⁹, i. por el asno. g. onos.
Asma, atos. interp. canticum.
Asopus, i. vn rio de Bœocia
Asopus, oppidũ & fluui⁹ Peloponesi.
Asop⁹, fluuius quoq; Achaiæ in Pelopõnesso.
Aspalax acos. inte. talpa.
Aspar. varõ fue hijo de Hanibal.
Asparag⁹, i. esparrago spina (conoscida
Aspis, idis. serpiente propria de Aphrica.
Aspledon onos. Phocidis regionis ciuitas
Assecla, ę. el que acompaña a (otro
Assero, is, eui. plantar cerca d otra cosa.
Assero is erui. affirmar o de (librar.
Assideo es. assentarse cerca de otro.
Assilio, is. saltar azia otra co (sa.
Assisto, is. estar cerca de alguna cosa.
Assulto, as. resurtir azia otra (cosa
Aster, eros. inter. stella.
Asthma, atos. inte. anhelitus.
Astyanax, actis. Hectoris fili⁹
Astysmos, u. inte. vrbanitas
Astur ris. hõbre de Asturias.
Asturica, ę. muger Asturiana o de Astorgia.
Atabul⁹ i. vn viẽto d Apulia.
Ater a um. por cosa negra.
Athamas, tos. Phryxi & Helles pater.
Atheroma atis. vna especie d vlcera.
Atina, ę. vna ciudad de Italia
Atys atyos. vn moço q̃ amo Cybele.
Atlas antos. vnus ex gigãtibus.
Attagen, inis. el francolin aue.
Attagena, æ. por la misma aue.
Attella, æ. ciudad de Campania.
Attingo, is, attigi. por alcançar.
Atomus, est sine incisione.
Athrax, cos. ciuitas est Thessa
Atrox cis. por cosa cruel
Auceps upis. caçador d aues
Aucen, enos. interpret. ceruix.
Audax, dacis. cosa osada sin prudencia.
Audeo, es, ausi. por osar
Auernus. ni. lago de Italia o infierno.

Auia,a,um. cosa sin camino
Ausilena,æ.n.prop.fœminæ.
Augur,uris.adeuino aguero
Augeo,es.por acrecentar
Aulax,acos.interp.sulcus
Aule,es. interp. aula, atrium
vel caula
Auletris,idos.tibicina
Auriga,æ.regidor del carro
Aurigo,nis.la itericia dolen
cia (orejas
Auritus,a,ũ.cosa de grandes
Ausonius, a, ũ. cosa de Italia
Ausonius, ij. nombre de vn
poeta Latino
Austerꝰ,a,ũ. por cosa aspera
Autographũ, i. scriptura de
propria mano (ger Achillis
Automedõ Diorei filiꝰ armi
Autumo,as. por dezir, rarũ.
Auxiliaris,e.por cosa para a-
yudar
axis,is.el exe del carro, o car
reta.

B Aal,nomẽ dæmonis est.
Bacchar,aris. por el assa-
rabacar
Bacchanalia. fiestas eran de
Bacco (bardia
Bænacus,i.vn lago de Lom-
Betis,is.el rio Guadalquiuir.
Balanus,i.pars illa quæ præ-
putio tegitur. (zer camara.
Balanus,i.por la casa para ha
Balanus,i.interp.glans

Balæna,æ.por la vallena
Baltheus i.la vanda o cinta
Bamura,æ.n. proprium viri.
Barathrum,i.vaso sin hondõ
o infierno
Barbitos,i.cierto instrumen-
to musico.
Baris, dis. cierta especie de
naue (Italia
Barrium. Barleta ciudad de
Basiũ ij.beso de enamorado.
Batauium,ij. vna ysla del rio
Reno (alli
Batauus,a, um. por cosa de
Barytonõ.interp. grauis ac-
centus.
Bauiꝰ,ij.pessimus fuit vir
Bebryx, ycos. nomẽ celebre
apud Poëtas
Bema,atos.interp.gradus
Bendis,os.dea quæ ex Tracia
venit
Benignus,a,ũ.cosa liberal
Belides.Danai filiæ fuerunt,
à Belo,auo.
Bellona, æ. la Diosa de la
guerra (cida
Beryllus,i,beril piedra cono
berytꝰ.vna ciudad d phenicia
Bessis.ocho partes de doze
Bita. la b, letra de los Grie-
gos.
Bex becos.interp.tussis
Bibliotheca, æ. por la libre-
ria.

Biblopola,ę.el q̃ vẽde libros
Biceps,itis.cosa de dos cabe=
ças (lores
Bicolor,ris. cosa de dos co=
Bicorpor. cosa de dos cuer=
pos. (tes
Bifrons,tis.cosa de dos fren=
Bigę.el carro d̃ dos cauallos
Biiugꝰ,a,ũ. jũta de cauallos.
Bilis,is.por la colera
Bini,ę,a.por cada vno dos
Bipes.edis.cosa de dos pies
Byrrhias.n. proprium serui.
Bison,tis.animal es no conos
cido. (cie de lino.
Byssinus,a,ũ.cosa d̃ bisso spe
Bituri, orũ. los Burgoñones
pueblos.
Bithynia,æ.vna regiõ d̃ Asia
Byzeres.pueblos son Septen
trionales. (norum
Blandusia,æ.regio est Sabi=
Bogud,is.vn rey de Aphrica
Bola,æ. vna ciudad antigua
de Italia. (arbol
